

## TIT. V.

Furti adversus nautas, caupones, stabularios.

*Ulpianus libro XXXVIII. ad Edictum.*—In eos, qui naves, cauponas, stabula exercebunt, si quid a quoquo eorum, quosve ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, iudicium datur, sive furtum ope, consilio exercitoris factum sit, sive eorum cuius, qui in ea navi navigandi causa esset.

§. 1. Navigandi autem causa accipere debemus eos, qui adhibentur, ut navis naviget, hoc est nautas.

§. 2. Et est in duplum actio.

§. 3. Quum enim in caupona vel in navi res perit, ex Edicto Praetoris obligatur exercitor navis, vel caupo, ita ut in potestate sit eius, cui res surrepta sit, utrum mallet cum exercitore honorario iure, an cum fure iure civili experiri.

§. 4. Quodsi receperit salvum fore caupo vel nauta, furti actionem non dominus rei surreptae, sed ipse habet, qui recipiendo periculum custodiae subit.

§. 5. Servi vero sui nomine exercitor noxae dedendo se liberat; cur ergo non exercitor condemnatur, qui servum tam malum in nave admisit, et cur liberi quidem hominis nomine tenetur in solidum, servi vero non tenentur? Nisi forte idcirco, quod liberum quidem hominem adhibens statuere debuit de eo, qualis esset, in servo vero suo ignoscendum sit ei, quasi in domestico malo, si noxae dedere paratus sit; si autem alienum adhibuit servum, quasi in libero tenebitur.

§. 6. Caupo praestat factum eorum, qui in ea caupona eius cauponae exercendae causa ibi sunt, item eorum, qui habitandi causa ibi sunt, viatorum autem factum non praestat; namque viatorem sibi eligere caupo vel stabularius non videtur, nec repellere potest iter agentes, inhabitatores vero perpetuos ipse quodammodo elegit, qui non reiecit, quorum factum oportet eum praestare. In navi quoque vectorum factum non praestatur.

## TIT. VI.

Si familia furtum fecisse dicetur.

1. *Ulpianus libro XXXVIII. ad Edictum.*—Utilissimum id Edictum Praetor proposuit, quo dominis prospiceret adversus maleficia servorum, videlicet ne, quum plures furtum admittunt, evertant domini patrimonium, si omnes dedere, aut pro singulis aestimationem litis offerre cogatur. Datur igitur arbitrium hoc Edicto, ut, si quidem velit dicere noxios servos, possit omnes dedere, qui participaverunt furtum; enimvero si maluerit aestimationem offerre, tantum offerat, quantum si unus liber furtum fecisset, et retineat familiam suam.

## TIT. V.

De la accion de hurto que compete contra los que administran las naves, las posadas y las casas de trato.

*Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro XXXVIII.*—Se da accion contra los que administran las naves, las posadas y casas de trato, si se dice que ellos ó los que estaban en ellas hurtaron alguna cosa, ya sea que el hurto se haya cometido con consejo ó ayuda de alguno de ellos, ó el de los que estaban en la nave por causa de navegar.

§. 1. Por causa de navegar debemos entender los que se tienen para que navegue la nave, esto es, los marineros.

§. 2. Se da esta accion por el dos tanto.

§. 3. Quando la cosa perece en la taberna ó en la nave, el administrador de la nave ó la taberna se obliga por edicto del Pretor, de modo que aquel á quien se le hurtó la cosa, puede pedir por Derecho Pretorio contra el administrador de la nave, ó por Derecho Civil contra el ladron, segun le pareciese.

§. 4. Pero si recibiese la cosa, le quedará salva al tabernero ó al administrador de la nave la accion de hurto, y no le competirá al señor de la cosa hurtada; porque se le dará al que se hizo responsable á ella, encargándose de su custodia.

§. 5. Respecto de su siervo el administrador de la nave se librará entregándolo en satisfaccion del daño. ¿Por qué razon no se condenará al administrador de la nave, que admitió en ella á tan mal siervo? ¿Y por qué razon se obliga *in solidum* respecto del hombre libre, y no respecto del siervo? A no ser que se diga que porque el que recibió en la nave al hombre libre, se debió informar de sus costumbres; pero respecto su siervo se le ha de tolerar como doméstico suyo, si está pronto á entregarlo en satisfaccion del daño; pero si recibió en la nave al siervo ageno, se obligará del mismo modo que por el hombre libre.

§. 6. El tabernero se obliga por lo que hacen los que tiene en la taberna como criados suyos, y tambien por los que habitan en ella. Pero no se obliga por lo que hacen los pasajeros; porque el tabernero y los posaderos no los eligen, ni pueden dexar de recibir á los caminantes. Pero á los que habitan siempre en las posadas y tabernas, en algun modo los eligen admiliéndolos, y conviene que se obliguen por lo que hacen. Respecto de los que navegan en sus navíos, no se obligan.

## TITULO VI.

Si se dixese que los siervos cometieron hurto.

1. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro XXXVIII.*—El Pretor propuso este edicto, que es muy util para los señores cuyos siervos cometian delitos: esto es, para que quando muchos cometian algun delito, el señor no pierda su patrimonio, si los hubiese de entregar todos, ó se le precisase á pagar por cada uno el importe del daño. Esto supuesto por este edicto se da arbitrio, para que si quisiese decir que los siervos causaron el daño, pueda dar todos aquellos que cometiéron el hurto. Pero si le fuese mas conveniente ofrecer el importe, pagará otro tanto como se pagaria si el hurto lo hubiera cometido un hombre libre, reteniendo sus siervos.

§. 1. Haec autem facultas domino tribuitur toties, quoties ignorante eo furtum factum est; ceterum si sciente, facultas ei non erit data; nam et suo nomine, et singulorum nomine conveniri potest noxali iudicio; nec una aestimatione, quam homo liber sufferret, defungi poterit. Is autem accipitur scire, qui scit, et potuit prohibere; scientiam enim spectare debemus, quae habet et voluntatem; ceterum si scit, prohibuit tamen, dicendum est, usurum Edicti beneficio.

§. 2. Si plures servi damnum culpa dederint, aequissimum est, eandem facultatem domino dari.

§. 3. Quum plures servi eiusdem rei furtum faciunt, et unius nomine cum domino lis contestata sit, tamdiu aliorum nomine actio sustineri debet, quamdiu priore iudicio potest actor consequi, quantum consequetur, si liber id furtum fecisset,

2. *Julianus libro XXIII. Digestorum.*—id est et poenae nomine duplum, et conditionis simplum.

3. *Ulpianus libro XXXVIII. ad Edictum.*—Quoties tantum praestat dominus, quantum praestaretur, si unus liber fecisset, cessat ceterorum nomine actio, non tantum adversus ipsum, verum etiam adversus emptorem duntaxat, si forte quis eorum, qui simul fecerant, venierit; idemque et si fuerit manumissus. Quodsi prius fuerit ablatum a manumisso, tunc dabitur adversus dominum familiae nomine; nec enim potest dici, quod a manumisso praestitum est, quasi a familia esse praestitum. Plane si emptor praestiterit, puto deneganda in venditorem actionem; quodammodo enim hoc a venditore praestitum est, ad quem nonnunquam regressus est ex hac causa, maxime si furti noxae solutum esse promisit.

§. 1. Sed an, si legali servi nomine vel eius, qui donatus est, actum sit cum legatario, vel eo, cui donatus est, agi possit etiam cum domino ceterorum, quaeritur; quod admittendum puto.

§. 2. Huius Edicti levamentum non tantum ei, qui servos possidens condemnatus praestitit tantum, quantum, si unus liber fecisset, datur, verum ei quoque, qui idcirco condemnatus est, quia dolo fecerat, quominus possideret.

4. *Julianus libro XXII. Digestorum.*—Etiam heredibus eius, cui plures eiusdem familiae furtum fecerint, eadem actio competere debet, quae testatori competebat, id est, ut omnes non amplius consequantur, quam consequerentur, si id furtum liber fecisset.

5. *Marcellus libro VIII. Digestorum.*—Familia communis sciente altero furtum fecit; omnium nomine cum eo, qui scit, furti agi poterit, cum altero, ad eum modum, qui Edicto comprehensus est; quod ille praestiterit non totius familiae nomine, ab hoc socio partem consequetur. Et si servus communis alterius iussu damnum dederit, etiam quod praestiterit alter, si modo cum eo quoque ex lege Aquilia, vel ex duodecim Tabulis agi potest, repetat a socio, sicuti quum communi rei nocitum est. Si ergo duntaxat duos habuerim servos communes, cum eo, quo non ignorante factum est, agetur utriusque

§. 1. Esta facultad se le concede al señor siempre que el hurto se cometió ignorándolo él; pero si lo sabía, no le compete esta facultad; porque puede ser reconvenido por la acción de noxa en su propio nombre, y en nombre de cada uno; y no puede ofrecer lo que se pagaría si el hombre libre hubiera cometido el hurto. Esto supuesto en quanto á este edicto se entiende que lo supo el que no lo ignoró, y lo pudo prohibir; porque entendemos que lo sabe el que lo sabe y lo permite. Mas si lo sabe y lo prohíbe, se ha de decir que puede usar del beneficio del edicto.

§. 2. Si muchos siervos causaron daño por su culpa, es muy justo que se dé al señor la misma facultad.

§. 3. Quando muchos siervos hurtan una misma cosa, y en nombre de uno se contestó el pleyto contra el señor, estará pendiente esta acción en quanto á los demás, mientras el actor puede conseguir por el primer juicio lo que conseguiría si el hombre libre hubiera cometido el hurto.

2. *Juliano; Digesto, libro XXIII.*—Esto es, el dos tanto por razón de la pena, y el importe de la cosa por la condition.

3. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro XXXVIII.*—Siempre que da el señor lo que daría si un hombre libre cometiese el hurto, cesa la acción respecto los demás, no solo contra él mismo, sino tambien contra solo el comprador, si se vendiese la cosa hurtada á alguno de los cómplices. Lo mismo se dirá si fuese manumitido; pero si el que fué manumitido dió primero, en este caso se dará acción contra el señor en nombre de la familia, y no se puede decir que se dió por el manumitido, como si se hubiese dado por la familia. Pero si diese el comprador, juzgo que se ha de denegar la acción contra el vendedor; porque de alguna manera se dió por él lo que nunca volvió á él por esta causa, particularmente si dixo que habia pagado por el hurto ó el daño.

§. 1. Pero si se pidió contra el legatario en nombre de los siervos que se le legaron, ó contra aquel á quien se le donaron, se pregunta si se podrá pedir contra el señor de los demás. Juzgo que se ha de decir que sí.

§. 2. El beneficio de este edicto no es solo respecto del poseedor de los siervos, que habiéndose pronunciado sentencia contra él, pagó lo que se daría si el hurto lo hubiera cometido un hombre libre, sino tambien respecto del que fué condenado; porque dexó de poseer con dolo.

4. *Juliano; Digesto, libro XXII.*—Tambien á los herederos del que muchos siervos de un mismo señor cometieron hurto, debe competir la misma acción que compete al testador, esto es, para que todos no perciban mas de lo que conseguirian si hubiera hecho el hurto un hombre libre.

5. *Marcelo; Digesto, libro VIII.*—Si los siervos de dos señores cometieron un hurto sabiéndolo uno de ellos, contra este se podrá pedir en nombre de todos, y contra el otro segun se expresa en el edicto; y la parte que diese no en nombre de todos los siervos, la conseguirá del compañero; y si el siervo comun causase daño por mandado del uno, lo que pagase el otro, tambien lo puede pedir al compañero por la acción de la ley Aquilia, ó la de las doce tablas, del mismo modo que quando causa algun daño en la cosa comun. Pero si solo tuviese dos siervos comunes, contra el que, sabiéndolo él, cometió el

servi nomine, sed non amplius consequetur a socio, quam si unius nomine praestilisset; quodsi cum eo, quo ignorante factum est, agere volet, duplum tantum consequetur. Et videamus, an iam in socium, alterius servi nomine, non sit dandum iudicium, quemadmodum si omnium nomine socius dedisset; nisi forte hoc casu severius a Praetore constituendum est, nec servorum conscio parcendum est.

6. *Scaevola libro IV. Quaestionum.*—Labeo putat, si coheres meus, quod furtum familia cuius fecisset, duplum abstulisset, me non impediri, quominus dupli agam, eoque modo fraudem Edicto fieri, esseque iniquum, plus heredes nostros ferre, quam ferremus ipsi; item si defunctus minus duplo abstulit, adhuc singulos heredes recte experiri Scaevola respondit; verius puto, partes eius heredes persecuturos; sed et cum eo, quod defunctus abstulit, uterque heres non plus duplo ferat.

## TIT. VII.

## Arborum furtim caesarum.

1. *Paulus libro IX. ad Sabinum.*—Si furtim arbores caesae sint, et ex lege Aquilia, et ex duodecim Tabularum dandam actionem Labeo ait. Sed Trebatius ita utramque dandam, ut iudex in posteriore deducat id, quod ex prima consecutus sit, et reliquo condemnet.

2. *Gaius libro I. ad legem XII. Tabularum.*—Sciendum est autem eos, qui arbores, et maxime vites caeciderint, etiam tanquam latrones puniri.

3. *Ulpianus libro XLII. ad Sabinum.*—Vitem arboris appellatione contineri, plerique veterum existimaverunt.

§. 1. Hederac quoque et arundines arbores non male dicuntur.

§. 2. Idem de salicto dicendum est.

§. 3. Sed si quis saligneas virgas instituendi salicti causa defixerit, haeque, antequam radices coegerint, succidantur aut evellantur, recte Pomponius scripsit, non posse agi de arboribus succisis, quum nulla arbor proprie dicatur, quae radicem non conceperit.

§. 4. Quodsi quis ex seminario, id est stirpitus arborem transtulerit. eam, quamvis nondum comprehenderit terram, arborem tamen videri, Pomponius libro nono decimo ad Sabinum probat.

§. 5. Ideo ea quoque arbor esse videtur, cuius radices desinent vivere, quamvis adhuc terra contineatur; quam sententiam Labeo quoque probat.

§. 6. Labeo etiam eam arborem recte dici putat, quae subversa a radicibus etiam nunc reponi potest, aut quae ita translata est, ut poni possit.

§. 7. Stirpes oleae arbores esse magis est, sive iam egerunt radices, sive nondum.

hurto el siervo, se pide en nombre de ambos siervos: y no conseguirá del compañero otra cosa mas, del mismo modo que si hubiera pagado en nombre de uno. Pero si quisiese pedir contra el que ignoró el hurto que cometió el siervo, solo conseguirá el dos tanto. Véamos si se dará accion contra el otro compañero en nombre del siervo; del mismo modo que si el compañero transigiese en nombre de todos: á no ser que el Pretor haya de determinar mas severamente, y no hayan de quedar sin castigo los siervos que lo supieron.

6. *Scaevola: Cuestiones, libro IV.*—Labeon juzga, que si mi coheredero recibiese el dos tanto por el hurto que hicieron los siervos de alguno, no me obsta para que también pida yo el dos tanto, y de este modo se defrauda el edicto; porque no es injusto que nuestros herederos perciban mas de lo que percibiríamos nosotros; pero si el difunto percibió menos del dos tanto, aún podría pedir cada uno de los coherederos, como respondió Escévola. Tengo por mas cierto que los herederos pueden pedir la parte que corresponde a cada uno; pero contra lo que hurtó el difunto, cada uno de los herederos no puede percibir mas que el dos tanto.

## TIT. VII.

## De cuando se cortan los árboles furtivamente.

1. *Paulo; Comentarios á Sabino, libro IX.*—Si furtivamente se cortaron los árboles, dice Labeon, que se ha de dar accion por la ley Aquilia y la de las doce tablas. Pero Trebatio dice, que se ha de dar una y otra, de modo que el Juez saque de la segunda lo que se percibió por la primera, y condene en los demás.

2. *Gayo; Comentarios á la ley de las doce tablas, libro I.*—Tambien se ha de saber que los que cortaron los árboles, especialmente las viñas, han de ser castigados como ladrones.

3. *Ulpiano; Comentarios á Sabino, libro XLII.*—La mayor parte de los antiguos juzgáron que baxo del nombre árboles se comprendian las viñas.

§. 1. Las yedras y las cañas tambien se comprenden baxo del nombre árboles.

§. 2. Lo mismo se ha de decir de los sauces.

§. 3. Pero si alguno cortase ó arrancase las varas de sauce que se plantaron para formar arboleda de sauces, con razon escribe Pomponio, que no se puede usar de la accion que compete contra el que corta los árboles; porque con propiedad no se dice que es arbol el que todavia no ha echado raices.

§. 4. Pero si alguno trasplantase en otra parte el arbol que sacó del plantel, aunque no hubiese echado raices, dice Pomponio al libro diez y nueve de Sabino, que parece que es arbol.

§. 5. Por lo qual tambien parece que es arbol aquel cuyas raices se secaron, como aún esten dentro de la tierra; cuya sentencia aprueba Labeon.

§. 6. Tambien dice Labeon, que se entiende que es arbol el que habiéndose arrancado de raiz, aún se puede volver á plantar, ó el que se sacó para volverlo á plantar.

§. 7. Las estacas que se plantan de las olivas, tambien se tienen por árboles, ya sea que hayan echado raices ó no.

§. 8. Omnium igitur harum arborum, quas enumeravimus, nomine agi poterit.

4. *Gaius libro ad legem duodecim Tabularum.*—Certe non dubitatur, si adhuc adeo tenerum sit, ut herbae loco sit, non debere arboris numero haberi.

5. *Paulus libro IX. ad Sabinum.*—Caedere est, non solum succidere, sed etiam ferire caedendi causa. Cingere est deglabrare; subsecare est serra secuisse, non enim poterat caecidisse intelligi, qui serra secuisset.

§. 1. Eius actionis eadem causa est, quae est legis Aquiliae.

§. 2. Is, cuius usufructus est in fundo, hanc actionem non habet.

§. 3. Qui autem fundum vectigalem habet, hanc actionem habet, sicut aquae pluviae arcendae actionem, et finium regundorum.

6. *Pomponius libro XX. ad Sabinum.*—Si plures eandem arborem furtim caeciderint, cum singulis in solidum agetur.

§. 1. At si eadem arbor plurium fuerit, universis duntaxat una et semel poena praestabitur.

§. 2. Si arbor in vicini fundum radices porrexit, recidere eas vicino non licebit, agere autem licebit, non esse ei ius, sicuti tignum, aut protectum immissum habere. Si radicibus vicini arbor aletur, tamen eius est, in cuius fundo origo eius fuerit.

7. *Ulpianus libro XXXVIII ad Edictum.*—Furtim caesae arbores videntur, quae ignorante domino celandique eius causa caeduntur.

§. 1. Nec esse hanc furti actionem scribit Pedius, quum et sine furto fieri possit, ut quis arbores furtim caedat.

§. 2. Si quis radicibus arborem evelleret vel extirparet, hac actione non tenetur; neque enim vel caedit, vel succidit, vel subsecuit; Aquilia tamen tenetur, quasi ruperit.

§. 3. Etiam si non tota arbor caesa sit, recte tamen agetur, quasi caesa.

§. 4. Sive autem quis suis manibus, sive dum imperat servo arbores cingi, subsecari, caedi, hac actione tenetur; idem et si libero imperet.

§. 5. Quod si servo suo non praeceperit dominus, sed ipse sua voluntate id admiserit, Sabinus ait, competere noxale, ut in ceteris maleficiis; quae sententia vera est.

§. 6. Haec actio, etiam si poenalis sit, perpetua est; sed adversus heredem non datur; heredi ceterisque successoribus dabitur.

§. 7. Condemnatio autem eius duplum continet

8. *Paulus libro XXXIX. ad Edictum.*—facienda aestimatio, quanti domini intersit non laedi; ipsarumque arborum pretium deduci oportet, et eius, quod superest, fieri aestimationem.

§. 8. Esto supuesto se puede pedir respecto los árboles que se han expresado.

4. *Gayo, en su libro de Comentarios á las leyes de las doce tablas.*—Ciertamente no se duda, que si aún está tan tierno que se reputa por yerba, no se debe tener por arbol.

5. *Paulo; Comentarios á Sabino, libro IX.*—El verbo *caedo* no solo significa cortar, sino dar golpes al arbol con el hacha para cortarlo: el verbo *cingo* significa quitarle la corteza: el verbo *subsecare* significa cortar con sierra; porque el que aserró el arbol, se entiende que lo cortó.

§. 1. La causa de esta accion es la misma que la de la ley Aquilia.

§. 2. Al que tiene el usufruto del fundo, no le compete esta accion.

§. 3. Al que tiene el fundo tributario tambien le corresponde esta accion, así como la que se da para contener el agua llovediza, y la de division de límites.

6. *Pomponio; Comentarios á Sabino, libro XX.*—Si muchos cortasen furtivamente un mismo arbol, se pedirá *in solidum* contra cada uno.

§. 1. Pero si un mismo arbol fuese de muchos, se pagará á todos solo una pena, y una vez.

§. 2. Si el arbol echase raices en el fundo del vecino, á este no le es permitido cortarlas; pero podrá pedir que se le prohíba que tenga las raices en él, del mismo modo que el que tenga madero ó cobertizo. Si el arbol se nutriese de las raices que tiene en el fundo del vecino, no obstante es de aquel en cuyo fundo está.

7. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro XXXVIII.*—Parece que se cortan los árboles furtivamente, quando se cortan ignorándolo su señor, y procurando que no lo sepa.

§. 1. Escribe Pedio, que esta no es accion de hurto; porque los árboles se pueden cortar furtivamente, sin que se cometa hurto.

§. 2. Si alguno sacase el arbol de raiz, ó le desarraigase, no se obliga por esta accion; porque no le causó daño para cortarlo, ni intentó cortarlo, ni lo cortó; pero se obligó por la ley Aquilia respecto del daño.

§. 3. Aunque no se cortase todo el arbol, con todo se podrá pedir del mismo modo que si se hubiese cortado.

§. 4. Ya sea que alguno por sí mismo, ó porque lo mandó á su siervo, ó á algún hombre libre, cortase el arbol, le cause daño con intencion de cortarlo, ó le quite la corteza, se obliga por esta accion.

§. 5. Pero si el señor no mandó á su siervo que lo cortase, sino que él lo cortó por su voluntad, dice Sabinus, que tiene lugar la accion de noxa como en los demás delitos; cuya sententia es verdadera.

§. 6. Esta accion, aunque es penal, es perpetua; pero no se da contra el heredero, y se dará al heredero, y á los demás sucesores.

§. 7. La condenacion respectiva á esta accion contiene el dos tanto.

8. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro XXXIX.*—La estimacion se ha de hacer de lo que importe al señor que no se le hubiera causado el daño: se ha de sacar el precio de los árboles, y despues se hace estimacion de lo que sobra.

§. 1. (9.) Furtim arborem caedit, qui clam caedit.

§. 2. Igitur si caeciderit, et lucri faciendi causa conrectaverit, etiam furti tenebitur lignorum causa, et con-dicione, et ad exhibendum.

§. 3. Qui per vim sciente domino caedit, non inci-dit in hanc actionem.

9. (10) *Gaius libro XIII. ad Edictum provin-ciale.*—Si colonus sit, qui caeciderit arbores, etiam ex locato cum eo agi potest; plane una actione contentus esse debet actor.

10. (11) *Julianus libro III. ex Minicio.*—Si ge-mina arbor esset, et supra terram iunctura eius eminceret, una arbor videtur esse; sed si id, qua iungeretur, non extaret, totidem arbores sunt, quot species earum supra terram essent.

11. (12) *Paulus libro XXII. ad Edictum.*—Sed si de arboribus caesis ex lege Aquilia actum sit, inter-dicto Quod vi aut clam reddito absolvetur, si satis prima condemnatione gravaverit reum, manente nihilominus actione ex lege duodecim Tabularum.

12. (13) *Javolenus libro XV. ex Cassio.*—Qui agrum vendidit, nihilominus furtim arborum caesarum agere potest.

## TIT. VIII.

## Vi bonorum raptorum, et de turba.

1. *Paulus libro XXII. ad Edictum.*—Qui rem rapuit, et furti nec manifesti tenetur in duplum, et vi bonorum raptorum in quadruplum; sed si ante actum sit vi bonorum raptorum, deneganda est furti; si ante furti actum est, non est illa deneganda, ut tamen id, quod amplius in ea est, consequatur.

2. *Ulpianus libro LVI. ad Edictum.*—Praetor ait: SI CUI DOLO MALO, HOMINIBUS COACTIS DAMNI QUID FACTUM ESSE DICETUR, SIVE CUIUS BONA RAPTA ESSE DICENTUR, IN EUM, QUI ID FECISSE DICETUR, IUDICIUM DABO. ITEM SI SERVUS FE-CISSE DICETUR, IN DOMINUM IUDICIUM NOXALE DABO.

§. 1. Hoc Edicto contra ea, quae vi committuntur, consuluit Praetor; nam si quis se vim passum docere possit, publico iudicio de vi potest experiri, neque debet publico iudicio privata actione praeiudicari, quidam pu-tant. Sed utilius visum est, quamvis praeiudicium legi Iuliae de vi privata fiat, nihilominus tamen non esse de-negandam actionem eligentibus privatam persecutionem.

§. 2. Dolo autem malo facere potest, quod Edictum ait, non tantum is, qui rapit, sed et qui praecedente

§. 1. El que clandestinamente corta el arbol, lo corta furtivamente.

§. 2. Esto supuesto, si lo cortase y lo llevase para lucrarse de él, se obliga por la accion de hurto por cau-sa de los maderos á la con-dicione furtiva y á la exhi-bicion.

§. 3. El que violentamente cortase el arbol sabién-dolo el señor, se obliga por esta accion.

9. *Gayo; Comentarios al Edicto provincial, li-bro XIII.*—Si el colono cortó los árboles, tambien se puede pedir contra él por la accion de locacion; pero el actor debe contentarse con una accion.

10. *Juliano; Doctrina de Minicio, libro III.*—Si los árboles fuesen dos, y saliesen de un mismo tronco desde fuera de la superficie de la tierra, parece que es solo un arbol; pero si saliesen de un tronco de dentro de la tierra, se tienen por otros tantos árboles como apare-cen fuera de la tierra.

11. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro XXII.*—Pero si se pidió por la ley Aquilia por los árboles que se cortaron dándose el interdicto que compete por lo que se hace violenta ó clandestinamente, será absuelto el reo, si se le gravó suficientemente por la primera condena-cion, permaneciendo no obstante la accion que resulta por la ley de las doce tablas.

12. *Javoleno; Doctrina de Casio, libro XV.*—El que vendió el predio, esto no obstante puede pedir por la accion que compete quando se cortan los árboles fur-tivamente.

## TITULO VIII.

## De la rapiña y del daño que se hace al tiempo de los tumultos.

1. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro XXII.*—El que comete rapiña incurre en la pena del dos tanto; que es la del hurto no manifesto, y en la del quatro tanto por el hurto violento. Pero si antes se pidió por la rapiña, se ha de denegar la accion de hurto: y si antes se pidió por la de hurto, no se le ha de denegar la de rapiña: para que se le dé lo que por esta pudo conseguir mas que por la de hurto no manifesto.

2. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVI.*—Dice el Pretor: Si se dixese que se causó algun daño con dolo malo violentando á los hombres; ó se dixese que se arrebataron los bienes de alguno, daré accion contra el que se dixese que hizo esto: y si se dixese que lo hizo el siervo, daré contra el señor la accion de noxa.

§. 1. Este edicto lo propuso el Pretor contra los que cometen violencia; pues si alguno puede probar que pa-deció violencia, puede usar de la accion pública que se da contra los que la causan: ni se debe juzgar antes de la accion privada que de la pública, como juzgan algu-nos. Pero pareció mas util, aunque se juzgue primero respecto la fuerza privada de la ley Julia, que no obstan-te no se ha de denegar la accion á los que eligen la re-peticion por la fuerza privada.

§. 2. Puede cometer el dolo malo que dice el edicto, no solo el que arrebató, sino el que junta hombres arma-

consilio ad hoc ipsum homines colligit armatos, ut damnum det, bonave rapiat.

§. 3. Sive igitur ipse quis cogat homines, sive ab alio coactis utitur ad rapiendum, dolo malo facere videtur.

§. 4. Homines coactos accipere debemus ad hoc coactos, ut damnum daretur.

§. 5. Neque additur, quales homines, qualesunque, sive liberos, sive servos.

§. 6. Sed et si unus homo coactus sit, adhuc dicemus homines coactos.

§. 7. Item si proponas solum damnum dedisse, non puto deficere verba; haec enim, quod ait, hominus coactis, ut—sive solus vim fecerit, sive etiam hominibus coactis, sic accipere debemus: etiam hominibus coactis, vel armatis, vel inermibus—, hoc Edicto teneatur.

§. 8. Doli mali mentio hic et vim in se habet; nam qui vim facit, dolo malo fecit; non tamen qui dolo malo fecit, utique et vi facit; ita dolus habet in se et vim; et sine vi si quid callide admissum est, aeque continebitur.

§. 9. Damni, Praetor inquit; omnia ergo damna continet, et clandestina. Sed non puto clandestina, sed ea, quae violentia permixta sunt; etiam quis recte definiat, si quid solus admiserit quis non vi, non contineri hoc Edicto, et si quid hominibus coactis, etiamsi sine vi, dummodo dolo sit admissum, ad hoc Edictum spectare.

§. 10. Ceterum neque furti actio, neque legis Aquiliae contributae sunt in hoc Edicto, licet interdum communes sint cum hoc Edicto; nam Iulianus scribit, eum, qui vi rapit, furem esse improbiorem; et si quid damni coactis hominibus dederit, utique etiam Aquilia poterit teneri.

§. 11. Vel cuius bona rapta esse dicuntur; quod ait Praetor bona rapta, sic accipiemus, etiamsi una res ex bonis rapta sit.

§. 12. Si quis non homines ipse coegerit, sed inter coactos ipse fuerit, et quid aut rapuerit, aut damni dederit, hac actione tenetur. Sed utrum hoc solum contineat Edictum, quod dolo malo hominibus a reo coactis damnum datum sit, vel raptum, an vero quod dolo malo rei raptum, vel damnum datum sit, licet ab alio homines sint coacti, quaeritur. Et melius esse dicitur, etiam hoc contineri, ut omnia haec contineantur, et quod ex coactis ab alio damnum datum sit, ut et is, qui coegit, et si qui coactus est, contineri videatur.

§. 13. In hac actione intra annum utilem verum pretium rei quadruplatur, non etiam quod interest.

§. 14. Haec actio etiam familiae nomine competit, non imposita necessitate ostendendi, qui sunt ex familia homines, qui rapuerunt, vel etiam damnum dederunt. Familiae autem appellatio servos continet, hoc est eos, qui in ministerio sunt, etiamsi liberi esse proponantur, vel alieni bona fide nobis servientes.

§. 15. Haec actione non puto posse actorem singulorum servorum nomine agere adversus dominum eorum, quia sufficit dominum semel quadruplum offerre.

§. 16. Ex hac actione noxae deditio non totius familiae, sed eorum tantum, vel eius, qui dolo fecisse competitur, fieri debet.

dos con intencion premeditada de causar daño, ó arrebatarse los bienes.

§. 3. Esto supuesto ya sea que alguno junte los hombres, ó se valga de los que otro juntó para cometer rapiña, parece que comete dolo malo.

§. 4. Debemos entender que se juntan los hombres, quando se juntan para causar daño.

§. 5. No se expresa qué hombres, sino qualesquiera, ya sean libres ó siervos.

§. 6. Si solo se juntó un hombre, aún diremos que se juntaron hombres.

§. 7. Mas si propones que solo se causó daño, juzgo que tambien se verifican las palabras del edicto; pues lo que dice: Juntando hombres; debemos entender ya sea que uno solo cometa violencia, ó juntando hombres con armas, ó sin ellas, se obligará por este edicto.

§. 8. La expresion dolo malo, en este caso comprehende en sí la violencia, porque el que la comete, tambien comete dolo; pero el que comete dolo no causa violencia, y así contiene en sí dolo y violencia. Y si se cometiese alguna cosa sin violencia, tambien se contendrá dolo.

§. 9. Dice el Pretor: Daño; luego comprehende todo daño, y tambien los que se hacen clandestinamente. Pero juzgo que no se comprehenden estos, sino los que estan mezclados con violencia: aunque alguno dirá con razon que si alguno causó daño sin violencia, no se comprehende en este edicto; y si juntando hombres, aunque sin violencia, con tal que haya cometido dolo, corresponde á este edicto.

§. 10. Pero ni la accion de hurto ni la de la ley Aquilia se comprehenden en este edicto, aunque tal vez son comunes en él; porque Juliano escribe, que el que hurta violentamente, es ladrón mas improbo; y si alguno causase daño juntando hombres, tambien se podrá obligar por la ley Aquilia.

§. 11. Dice el Pretor: Si se dixese que se arrebatáron los bienes de alguno, hemos de entender que se arrebatáron los bienes, aunque solo se haya arrebatado una cosa.

§. 12. Si alguno no juntase hombres, pero fuese con los que estan juntos, y arrebatase alguna cosa, ó causase algun daño, se obliga por esta accion. Tambien se pregunta si solo se comprehende en este edicto el daño que se causó, ó lo que se arrebató con dolo malo por hombres juntos por el reo, ó lo que se arrebató, ó el daño que se causó con dolo malo, aunque otro haya juntado los hombres. Y mas bien se dirá que se comprehenden, para que se contengan estas cosas: El daño que se causó por los que juntó otro; para que parezca que se comprehenden el que juntó, y aquel que se juntó.

§. 13. En esta accion se quadruplicará el verdadero importe de la cosa dentro del año útil, y no lo que importa.

§. 14. Esta accion compete tambien en nombre de los siervos, sin necesidad de manifestar qué siervos cometieron el hurto, ó causaron el daño. Baxo el nombre de familia se comprehenden los siervos, esto es, los que estan en algun ministerio, aunque se diga que son libres ó agenos, y que nos sirven con buena fe.

§. 15. Por esta accion juzgo que no puede pedir el actor contra el señor en nombre de cada uno de los siervos; porque basta que el señor ofrezca una vez el quatro tanto.

§. 16. Por esta accion tiene lugar la entrega de la noxa, no de todos los siervos, sino solo la de aquellos ó aquel que se averiguase que cometieron dolo.



§. 17. Haec actio vulgo vi bonorum raptorum dicitur.

§. 18. Hac actione is demum tenetur, qui dolum malum adhibuit. Si quis igitur suam rem rapuit, vi quidem bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter multabitur. Sed et si quis fugitivum suum, quem bona fide aliquis possidebat, rapuit, aequae hac actione non tenebitur, quia rem suam aufert. Quid ergo, si sibi obligatam? Debebit teneri.

§. 19. Vi bonorum raptorum actio in impuberem, qui doli mali capax non est, non dabitur, nisi servus ipsius, vel familia eius admisisse proponantur; et servi, et familiae nomine noxali vi bonorum raptorum actione tenetur.

§. 20. Si publicanus pecus meum abduxerit, dum putat contra legem vectigalis aliquid a me factum, quamvis erraverit, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non posse, Labeo ait; sane dolo caret, si tamen ideo inclusit, ne pascatur, et ut fame periret, etiam utili lege Aquilia.

§. 21. Si per vim abductum pecus incluserit quis, utique vi bonorum raptorum conveniri poterit.

§. 22. In hac actione non utique spectamus rem in bonis actoris esse; sive in bonis sit, sive non sit, si tamen ex bonis sit, locum haec actio habebit. Quare sive commodata res sit, sive locata, sive etiam pignoratata proponatur, sive deposita apud me, sic ut intersit mea eam non auferri, sive bona fide a me possideatur, sive usum fructum in ea habeam, vel quod aliud ius, ut intersit mea non rapi, dicendum est, competere mihi hanc actionem, ut non dominium accipiamus, sed illud solum, ex bonis meis, hoc est ex substantia mea, res ablata esse proponatur.

§. 23. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti mihi actio competit in re clam facta, ex iisdem causis habere me hanc actionem. Dicit aliquis: atquin ob rem depositam furti actionem non habemus. Sed ideo addidi: si intersit nostra non esse raptam; nam et furti actionem habeo.

§. 24. Si in re deposita culpam quoque repromisi, vel pretium depositionis non quasi mercedem accepi, utilius dicendum est, etsi cesset actio furti ob rem depositam, esse tamen vi bonorum raptorum actionem, quia non minima differentia est inter eum, qui clam facit, et eum, qui rapit, quum ille celet suum delictum, hic publicet, et crimen etiam publicum admittat. Si quis igitur interesse sua vel modice docebit, debet habere vi bonorum raptorum actionem.

§. 25. Si fugitivus meus quasdam res instruendi sui causa emerit, eaeque raptae sint, quia in bonis meis hae sunt res, possum de his vi bonorum raptorum actione agere.

§. 26. Rerum raptarum nomine etiam furti, vel damni iniuriae, vel conditione agi potest, vel certe singulae res vindicari possunt.

§. 27. Haec actio heredi ceterisque successoribus

§. 17. Esta accion vulgarmente se llama *vi bonorum raptorum*.

§. 18. Finalmente se obliga por esta accion el que cometió dolo malo. Esto supuesto, si alguno arrebató su propia cosa, no se obligará por la accion que resulta de la rapiña, sino que se le multará de otra manera; pero si alguno arrebató á su siervo fugitivo, que otro poseia con buena fe, tampoco se obligará por esta accion; porque arrebató lo que es suyo. ¿Qué diremos si la cosa le está obligada? Se deberá obligar.

§. 19. La accion que resulta contra el que hurta violentamente alguna cosa, no compete contra el impubero que no es capaz de dolo: á no ser que se diga que la rapiña la cometió el siervo ó siervos de él: y en este caso se obligará en nombre del siervo ó siervos á la accion de noxa, porque hurtaron violentamente.

§. 20. Si el publicano me quitase violentamente la res, creyendo que yo habia hecho alguna cosa en fraude de los derechos que debia pagar, aunque errase, no se podrá pedir contra él por la accion que compete contra el que hurta alguna cosa violentamente, como dice Labeon; porque á la verdad carece de dolo. Pero si la encerró para que no pascase, y pereciese de hambre, tambien tiene lugar la accion util de la ley Aquilia.

§. 21. Si alguno encerrase la res que tomó violentamente, podrá ser reconvenido por la accion que compete contra los que hurtan las cosas con violencia.

§. 22. En esta accion ciertamente no miramos á si la cosa está en los bienes del actor; porque ya sea que esté ó no, como sea de sus bienes, tendrá lugar esta accion. Por lo qual ya sea que la cosa se tenga en comodato ó en arrendamiento, ó se diga que la tengo en prenda ó en depósito, de modo que me importe que no se me hurte, ó la poseyese con buena fe, ó tuviese el usufruto de ella, ó algun otro derecho para que me importe que no se me hurte, se ha de decir que me compete esta accion, no porque tengamos el dominio de ella, sino solo porque la tenemos con nuestros bienes, esto es, porque se dice que se hurtó de nuestros bienes.

§. 23. Se ha de decir por regla general, que por las causas que me compete la accion de hurto no manifesto me compete tambien la de rapiña. Dirá alguno que por qué razon no nos compete la accion de hurto por la cosa depositada. Por lo qual añadí: Si nos importase que no se hurte la cosa; porque en este caso nos compete la accion de hurto.

§. 24. Si respecto la cosa depositada me obligué tambien á la culpa, ó á la cantidad del depósito, y no lo recibí por interés, es mas util que se diga, que aunque no tiene lugar la accion de hurto por la cosa depositada, compete tambien la accion que resulta por lo que se hurta violentamente; porque hay mucha diferencia entre el que hurta clandestinamente, y el que comete rapiña; pues aquel oculta su delito, y este lo publica, y comete delito público: esto supuesto, si alguno justificase que tiene algun interés, aunque corto, le compete la accion que resulta por lo que se hurta violentamente.

§. 25. Esto supuesto, si mi siervo fugitivo comprase algunas cosas para facilitar la fuga, tambien se entiende que las hurtó; porque estas estaban en mi patrimonio, y respecto de ellas puedo usar de la accion que compete por lo que se hurta violentamente.

§. 26. Respecto las cosas que se hurtaron violentamente, tambien se puede pedir por la accion de hurto, la de injuria causada con daño, ó la condition; ó ciertamente se podrán vindicar cada una de las cosas.

§. 27. Esta accion se dará á los herederos y demás

dabitur; adversus heredes autem vel ceteros suscessores non dabitur, quia poenalis actio in eos non datur. An tamen in id, quod locupletiores facti sunt, dari debeat, videamus. Et ego puto, ideo Praetorem non esse pollicitum in heredes in id, quod ad eos pervenit, quia putavit sufficere conditionem.

3. *Paulus libro LIV. ad Edictum.*—Si servus raperit, et cum libero agatur, etiam si cum domino experiundi potestas fuit, non recte cum manumisso post annum agatur, quia, cum quocunque experiundi potestas fuerit, excluditur actor; et si cum domino intra annum actum sit, deinde cum manumisso agatur, rei iudicatae exceptionem nocere Labeo ait.

4. *Ulpianus libro LVI. ad Edictum.*—Praetor ait: CUIUS DOLO MALO IN TURBA DAMNUM QUID FACTUM ESSE DICETUR, IN EUM IN ANNO, QUO PRIMUM DE EA RE EXPERIUNDI POTESTAS FUERIT, IN DUPLUM, POST ANNUM IN SIMPLUM IUDICIUM DABO.

§. 1. Hoc Edictum de eo damno proponitur, quod quis in turba dedit.

§. 2. Turbam autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus, idque verbum ex Graeco tractum a *tumultuando*.

§. 3. Turbam autem ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiserint, utique non accipiemus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur; enimvero si plures fuerint, decem, aut quindecim homines, turba dicetur. Quid ergo si tres, aut quatuor? Turba utique non erit; et rectissime Labeo inter turbam et rixam multum interesse ait, namque turbam multitudinis hominum esse turbationem et coetum, rixam etiam duorum.

§. 4. Hoc autem Edicto tenetur non solus, qui damnum in turba dedit, sed et is, qui dolo malo fecerit, ut in turba damni quid daretur, sive illo venerit, sive non fuerit praesens; dolus enim malus etiam absentis esse potest.

§. 5. Hoc Edicto dicendum est, etiam cum teneri, qui venit, et in turba fuit auctor damni dandi, si tamen et ipse inter turbam fuit, quum damnum daretur, et dolo malo fuit; nam et huius dolo malo in turba damni quid factum esse, negari non potest.

§. 6. Si quis adventu suo turbam concitavit, vel contraxit, vel clamore, vel facto aliquo, vel dum criminatur aliquem, vel dum misericordiam provocat, si dolo malo eius damnum datum sit, etiam si non habuit consilium turbae cogendae, tenetur. Verum est enim dolo malo eius in turba damni quid datum; neque enim exigit Praetor, ut ab ipso sit turba convocata, sed hoc, ut dolo alicuius in turba damnum datum sit. Eritque haec differentia inter hoc Edictum et superius, quod ibi de eo damno Praetor loquitur, quod dolo malo hominibus coactis datum est, vel raptum etiam non coactis hominibus; at hic de eo damno, quod dolo malo in turba datum est, etiam si non ipse turbam coegit, sed ad clamorem eius vel dicta vel misericordiam turba contracta est, vel si alius contraxit, vel ipse ex turba fuit.

§. 7. Idcirco illud quidem Edictum propter atrocitatem facti quadrupli poenam comminatur, at hoc dupli.

sucesores, y no compelerá contra ellos; porque la accion penal no tiene lugar contra estos. Veamos si se deberá dar respecto lo que aumentáron su patrimonio. Yo juzgo que el Pretor no dió accion contra los herederos por lo que adquiriéron; porque juzgó que bastaba la condition.

3. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro LIV.*—Si el siervo cometiese rapiña, y se pidiese contra él despues de haber adquirido la libertad, aunque se pudo pedir contra el señor despues del año, no se podrá pedir contra el que fué manumitido, porque es excluido el actor habiendo tenido facultad para pedir contra qualquiera de ellos; y si habiendo pedido contra el señor dentro del año, pidiese despues contra el que fué manumitido, dice Labeon, que le obsta la excepcion de cosa juzgada.

4. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVI.*—Dice el Pretor: Si alguno con dolo malo causase daño con muchos hombres juntos, daré accion contra él por el dos tanto dentro del año desde que se pudo pedir, y despues del año, en lo que importase.

§. 1. Este edicto se propone respecto del daño que alguno causó con muchos hombres juntos.

§. 2. Dice Labeon, que se dice turba de cierta especie de tumulto; y esto se deriva del verbo Griego *apothorybein*, que significa tumultuando.

§. 3. ¿A cuánto número de personas llamaremos turba? Si dos riñesen, esto no se llamará turba; porque dos no la componen. Pero si fuesen mas, v. g. diez ó quince hombres, se dirá que lo es. ¿Qué diremos si fuesen tres ó quatro? No se llamará turba. Labeon dice con razon, que entre la turba y la riña hay mucha diferencia, porque la turba es una multitud y junta de hombres, y la riña aunque solamente sean dos.

§. 4. Se obliga por este edicto no solo el que causó daño con muchos hombres juntos, sino tambien el que con dolo malo hiciese que con muchos hombres juntos causasen algun daño, ya sea que él se hallase presente ó no; porque el que está ausente, puede tambien cometer dolo.

§. 5. Por este edicto se ha de decir que tambien se obliga el que viene; y con muchos hombres juntos, es autor del daño, si estubo entre ellos quando se hizo el daño, y tuvo dolo malo; porque no se puede negar, que se causó daño por dolo malo con muchos hombres juntos.

§. 6. Si alguno con su venida juntó muchos hombres, ó los juntó dando voces, ó de otro modo, ó provocándolos á misericordia quando se castiga á alguno, si por dolo malo de él se causó daño, aunque no dió consejo, se obliga por haberlos juntado; porque es cierto que por dolo malo de él causáron daño muchos hombres juntos. No dice el Pretor que él haya juntado muchos hombres, sino que por dolo de alguno hayan causado daño muchos hombres juntos. Entre este edicto y el antecedente hay esta diferencia, que en aquel habla el Pretor del daño que causáron con dolo malo muchos hombres juntos; ó sin juntarse muchos hombres se cometió rapiña; y en este del daño que con dolo malo causáron muchos hombres juntos, aunque él no los juntase, sino que se juntáron á sus voces ó clamores, ó los conmovió á misericordia, y los juntó: ó si otro los juntó ó él fué entre ellos.

§. 7. En aquel edicto se impone la pena del quatro tanto por la atrocidad del delito, y en este la del dos tanto.



§. 8. Sed et hoc, et illud intra annum tribuit experiundi facultatem, post annum in simplum competit.

§. 9. Loquitur autem hoc Edictum de damno dato, et de amisso; de rapto non; sed superiori Edicto vi bonorum raptorum agi poterit.

§. 10. Amissa autem dicuntur ea, quae corrupta alicui relinquuntur, scissa forte vel fracta.

§. 11. Haec autem actio in factum est, et datur in duplum quanti ea res erit; quod ad pretium verum rei refertur, et praesentis temporis fit aestimatio, et semper in duplum intra annum est.

§. 12. Docereque actor in turba damnum esse datum debet; ceterum si alibi datum sit, quam in turba, cessabit haec actio.

§. 13. Si, quum servum meum Titius pulsaret, turba fuerit collecta, isque servus in ea turba aliquid perdidit, cum eo, qui pulsabat, agere possum, quippe quum in turba dolo malo damnum datum sit, sic tamen, si, ut damnum daret, ideo coeperat caedere; ceterum si alia causa verberandi fuit, cessat actio.

§. 14. Sed et si quis ipse turbam convocasset, ut turba coram servum verberaret iniuriae faciendae causa, non damni dandi consilio, locum habet Edictum; verum est enim, eum, qui per iniuriam verberat, dolo facere, eum, qui causam praebuit damni dandi, damnum dedisse.

§. 15. In servum autem, et in familiam Praetor dat actionem.

§. 16. Quae de heredibus ceterisque successoribus in vi bonorum raptorum actione diximus, et hic erunt repetita.

5. *Gaius libro XXI. ad Edictum provinciale.*—Non prodest ei, qui vi rapuit, ad evitandam poenam, si ante iudicium restituat rem, quam rapuit.

6. *Venuleius libro XVII. Stipulationum.*—Quod vi possessum raptumve sit, antequam in potestatem domini heredisve eius pervenit, usucapi lex vetat.

#### TIT. IX.

De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata.

1. *Ulpianus libro LVI. ad Edictum.*—Praetor ait: IN EUM, QUI EX INCENDIO, RUINA, NAUFRAGIO, RATE, NAVE EXPUGNATA QUID RAPUISSE, RECEPISSE DOLO MALO, DAMNIVE QUID IN HIS REBUS DEDISSE DICETUR, IN QUADRUPLUM IN ANNO, QUO PRIMUM DE-EA RE EXPERIUNDI POTESTAS FUERIT, POST ANNUM IN SIMPLUM IUDICIUM DABO; ITEM IN SERVUM, ET IN FAMILIAM IUDICIUM DABO.

§. 1. Huius Edicti utilitas evidens et iustissima severitas est, si quidem publice interest, nihil rapi ex huiusmodi casibus. Et quamquam sint de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen recte Praetor fecit, qui forenses quoque actiones criminibus istis praeposuit.

§. 8. Pero en aquel y en este da facultad para que se pueda pedir dentro del año; y despues del año compete por solo el importe.

§. 9. Trata este edicto del daño causado y del cometido, y no de la rapiña; pero por el antecedente se podrá pedir por la rapiña.

§. 10. Daño cometido se dice lo que despues de haber causado daño queda rasgado ó rompido.

§. 11. Esta accion resulta del hecho, y se da por el dos tanto de lo que importa la cosa; porque se refiere al verdadero importe de ella, y se ha de tasar segun lo que al presente importa, y el dos tanto es siempre dentro del año.

§. 12. El actor debe justificar que el daño lo causaron muchos hombres juntos; porque si se causó de otro modo que estando muchos hombres juntos, cesará esta accion.

§. 13. Si al tiempo que Ticio dió una bofetada á mi siervo se juntasen muchos hombres, y este siervo mientras estubiéron juntos perdiese alguna cosa, lo puedo pedir al que le dió la bofetada; porque este daño se causó con dolo malo estando muchos hombres juntos: en esta forma, si le dió la bofetada para que resultase el daño. Pero si por otra causa, cesa esta accion.

§. 14. Pero si él mismo juntase muchos hombres para azotar el siervo estando ellos presentes, no por causa de daño, sino de injuria, tiene lugar este edicto; porque es cierto que el que azota por causa de injuria, comete dolo, y que el que causó el daño fué el que dió motivo para que se hiciese.

§. 15. El Pretor da tambien accion contra el siervo y contra la familia.

§. 16. Lo que hemos dicho respecto la accion que compete á los herederos y demás sucesores en quanto á lo que se hurtó con violencia, se tendrá aquí por repetido.

5. *Gayo; Comentarios al Edicto provincial, libro XXI.*—Si el que cometió rapiña antes que se pidiese contra él, restituyese lo que hurtó violentamente para evitar la pena, no le aprovechará.

6. *Venuleyo; De las estipulaciones, libro XVII.*—Lo que se poseyó ó se quitó violentamente antes que vuelva á su señor ó á su heredero, prohíbe la ley que se pueda usucapir.

#### TITULO IX.

De los que hurtan en los incendios, en las ruinas, en el naufragio, ó en las embarcaciones ó naves mientras que estan en el combate.

1. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVI.*—Dice el Pretor: Contra el que dixese que robó, recibió con dolo, ó causó algun daño al tiempo del incendio, ruina, naufragio de nave, ó barco combatido; dará accion por el qualro tanto en el año dentro del qual se pudo pedir; y despues del año en lo que importe la cosa: tambien daré accion contra el siervo y la familia.

§. 1. La utilidad de este edicto es evidente, y es una severidad muy justa; porque importa á la utilidad pública que no se robe cosa alguna en semejantes casos; y aunque hay acusaciones criminales pertenecientes á estos delitos, con todo el Pretor hizo muy bien en proponer tambien á ellos acciones forenses.

§. 2. Ex incendio quemadmodum accipimus, utrum ex ipso igne, an vero ex eo loco, ubi incendium fit? Et melius sic accipietur: propter incendium, hoc est propter tumultum incendii vel trepidationem incendii rapi; quemadmodum solemus dicere in bello amissum, quod propter causam belli amittitur. Proinde si ex adiacentibus praediis, ubi incendium fiebat, raptum quid sit, dicendum, Edicto locum esse, quia verum est, ex incendio rapi.

§. 3. Item ruinae appellatio refertur ad id tempus, quo ruina fit, non tantum si ex his, quae ruerunt, tulerit quis, sed etiam si ex adiacentibus.

§. 4. Si suspicio fuit incendii vel ruinae, incendium vel ruina non fuit, videamus, an hoc Edictum locum habeat; et magis est, ne habeat, quia neque ex incendio, neque ex ruina quid raptum est.

§. 5. Item ait Praetor: si quid ex naufragio; hic illud quaeritur, utrum, si quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit, an vero et si alio tempore, hoc est post naufragium, namque res ex naufragio etiam hae dicuntur, quae in litore post naufragium iacent. Et magis est, ut eo tempore,

2. *Gaius libro XXI. ad Edictum provinciale.*—  
et loco,

3. *Ulpianus libro LVI. ad Edictum.*—quo naufragium fit, vel factum est, si quis rapuerit, incidisse in hoc Edictum videatur. Qui autem rem in litore iacentem, posteaquam naufragium factum est, abstulit, in ea conditione est, ut magis fur sit, quam hoc Edicto teneatur, quemadmodum is, qui, quod de vehiculo excidit, tulit; nec rapere videtur, qui in litore rem iacentem tollit.

§. 1. Deinde ait Praetor: rate, navi expugnata; expugnare videtur, qui in ipso quasi proelio et pugna adversus navem et ratem aliquid rapit, sive expugnet, sive praedonibus expugnantibus rapiat.

§. 2. Labeo scribit, aequum fuisse, ut, sive de domo, sive in villa expugnatis aliquid rapiatur, huic Edicto locus sit; nec enim minus in mari, quam in villa per latrunculos inquietamur, vel infestari possumus.

§. 3. Non tantum autem qui rapuit; verum is quoque, qui recepit, ex causis supra scriptis tenetur, quia receptores non minus delinquant, quam aggressores. Sed enim additum est dolo malo, quia non omnis, qui recipit, statim etiam delinquit, sed qui dolo malo recipit; quid enim, si ignarus recipit, aut quid, si ad hoc recipit, ut custodiret, salvaque faceret ei, qui amiserat? Utique non debet teneri.

§. 4. Non solum autem qui rapuit, sed et qui abstulit vel amovit, vel damnum dedit, vel recepit, hac actione tenetur.

§. 5. Aliud esse autem rapi, aliud amoveri, palam est, si quidem amoveri aliquid etiam sine vi possit, rapi autem sine vi non potest.

§. 6. Qui eiecta nave quid rapuit, hoc Edicto tenetur; eiecta, hoc est, quod Graeci aiunt *eiectum est*.

§. 7. Quod ait Praetor de damno dato, ita demum locum habet, si dolo malo damnum datum sit, nam si dolo malus absit, cessat Edictum. Quemadmodum ergo procedit, quod Labeo scribit, si defendendi mei causa vicini aedificium orto incendio dissipaverim, et meo nomine, et familiae iudicium in me dandum? quum enim defendendarum mearum aedium causa fecerim, utique dolo

§. 2. ¿De qué manera entenderemos la palabra *del incendio*? ¿Acaso del mismo incendio, ó del lugar incendiado? Y de este modo se entiende mejor por el incendio: esto es, roba por el tumulto del incendio, ó por el temor del incendio: así como solemos decir que se perdió en la guerra lo que se pierde por causa de la guerra; por lo qual si se roba alguna cosa de los predios vecinos al incendio, se ha de decir que tiene lugar este edicto; porque es cierto que se roba del incendio.

§. 3. Tambien se refiere el nombre ruina al tiempo que sucede, no solo si alguno quitó alguna cosa de las casas que se arruinaron, sino tambien de las inmediatas.

§. 4. Si hubo sospecha de incendio ó ruina, pero no se verificó, veamos si tendrá lugar este edicto: y es mas cierto que no; porque no se robó cosa alguna del incendio, ni de la ruina.

§. 5. Tambien dice el Pretor: Si alguno del naufragio. En este caso se pregunta si alguno hurtó al tiempo del naufragio, ó si en otro tiempo, esto es, despues del naufragio; porque tambien se dicen cosas del naufragio las que estan en la ribera despues del naufragio. Es mas cierto que en aquel tiempo.

2. *Gayo; Comentarios al Edicto provincial, libro XXI.*—Y lugar.

3. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVI.*—Parecerá que incurre en este edicto el que robó antes ó despues del naufragio. El que tomó lo que encontró en la ribera despues del naufragio, es mas cierto que es ladrón, y que se obliga por este edicto: así como el que toma lo que se cae del carro, y el que toma lo que encuentra en la ribera, no comete rapiña.

§. 1. Tambien dice el Pretor: Barco ó nave combatidas: parece que roba en combate el que en la misma batalla y pelea quita alguna cosa del barco ó de la nave, ya sea que combata ó robe mientras que combatan los piratas.

§. 2. Escribe Labeon, que fué justo que tuviese lugar este edicto, ya sea que se robe alguna cosa en la casa ó caseria; porque no podemos ser menos inquietados por los ladrones en el mar que en las caserías.

§. 3. No solo se obliga el que roba, sino tambien el que recibe por las causas expresadas; porque los que reciben no se obligan menos que los agresores: tambien se expresa con dolo malo; porque no todos los que reciben cometen delito por el mismo hecho, sino el que recibe con dolo malo. ¿Qué dirémos si recibió ignorantemente, ó si lo recibió para guardarlo, y dárselo al que lo perdió? Ciertamente no se obligará.

§. 4. No solo el que robó, sino tambien el que quitó ó hurtó, causó daño ó recibió, se obliga por esta acción.

§. 5. Es claro que una cosa es cometer rapiña, y otra hurtar; porque se puede hurtar sin cometer violencia; pero sin esta no se verifica rapiña.

§. 6. El que roba lo que se echa de la nave, se obliga por este edicto. Echar es lo que llaman los Griegos *exerasthe*.

§. 7. Lo que dice el Pretor del daño causado, tiene lugar si el daño se hizo con dolo malo; porque si no se verifica dolo malo, no tiene lugar el edicto. ¿De qué manera se entenderá lo que dice Labeon, si por librar mi edificio del incendio, derribase el del vecino, se dará acción contra mí en mi propio nombre, y en el de mi familia? Pues como lo hice para defender mis casas, cierta-

careo; puto igitur, non esse verum, quod Labeo scribit. An tamen lege Aquilia agi cum hoc possit? Et non puto agendum; nec enim iniuria hoc fecit, qui se tueri voluit, quum alias non posset; et ita Celsus scribit.

§. 8. Senatusconsultum Claudianis temporibus factum est, ut, si quis ex naufragio clavos, vel unum ex his abstulerit, omnium rerum nomine teneatur. Item alio Senatusconsulto cavetur, eos, quorum fraude aut consilio naufragi suppressi per vim fuissent, ne navi vel ibi periclitantibus opitulentur, legis Corneliae, quae de sicariis lata est, poenis afficiendos; eos autem, qui quid ex miserima naufragiorum fortuna rapuissent, lucrative fuissent dolo malo, in quantum Edicto Praetoris actio datur, tantum et fisco dare debere.

4. *Paulus libro LIV. ad Edictum.*—Pedius: posse etiam dici ex naufragio rapere, qui, dum naufragium fiat, in illa trepidatione rapiat.

§. 1. Divus Antoninus de his, qui praedam ex naufragio diripuissent, ita rescripsit: Quod de naufragiis navis et ratis scripsisti mihi, eo pertinet, ut explores, qua poena afficiendos eos putem, qui diripuisse aliqua ex illo probantur; et facile, ut opinor, constitui potest. Nam plurimum interest, peritura collegerint, an, quae servari possint, flagitiose invaserint; ideoque si gravior praeda vi appetita videbitur, liberos quidem fustibus caesos in triennium relegabis, aut si sordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis dabis, servos flagellis caesos in metallum damnabis; si non magnae pecuniae res fuerint, liberos fustibus, servos flagellis caesos dimittere poteris. Et omnino, ut in ceteris, ita huiusmodi causis, ex personarum conditione, et rerum qualitate diligenter sunt aestimandae, ne quid aut durius, aut remissius constitutur, quam causa postulabit.

§. 2. Hae actiones heredibus dantur; in heredes eatenus dandae sunt, quatenus ad eos pervenit.

5. *Gaius libro XXI. ad Edictum provinciale.*—Si quis ex naufragio, vel ex incendio ruinave servatam rem et alio loco positam subtraxerit aut rapuerit, furti scilicet, aut alias vi bonorum raptorum iudicio tenetur, maxime si non intelligebat, ex naufragio, vel incendio ruinave eam esse. Iacentem quoque rem ex naufragio, quae fluctibus expulsa sit, si quis abstulerit, plerique idem putant; quod ita verum est, si aliquod tempus post naufragium intercesserit; alioquin si in ipso naufragii tempore id acciderit, nihil interest, utrum ex ipso mari quisque rapiat, an ex naufragiis, an ex litore. De eo quoque, quod ex rate, nave expugnata raptum sit, eandem interpretationem adhibere debemus.

6. *Callistratus libro I. Edicti monitorii.*—Expugnatur navis, quum spoliatur, aut mergitur, aut dissolvitur, aut pertunditur, aut funes eius praeciduntur, aut vela conscinduntur, aut ancorae involantur de mare.

mente carezco de dolo: y me parece que no es cierto lo que dice Labeon. ¿Acaso podré pedir respecto de esto por la accion de la ley Aquilia? Juzgo que no; porque no injurió el que se quiso defender, no pudiendo de otra manera, como escribe Celso.

§. 8. Se publicó una constitucion del Senado en tiempo de Claudiano, para que si alguno en tiempo de naufragio quitase los clavos que sirven para el gobierno de la nave, ó alguno de ellos, se haga responsable á todas las cosas. Por otra constitucion del Senado se determina tambien, que aquellos por cuyo dolo ú consejo oprimiesen á otros con violencia para que no socorriesen á los que peligraban en la nave, debian ser castigados con las penas que la ley Cornelia imponia á los que mataban con saeta; y que los que robasen alguna cosa de los bienes de los que naufragaban, ó se interesasen de ellos con dolo malo, debian pagar al fisco otro tanto como por lo que se diese accion por el edicto del Pretor.

4. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro LIV.*—Tambien expresa Pedio, que se puede decir que roba en el naufragio el que roba mientras se está en el conflicto de él.

§. 1. Hay un rescripto del Emperador Antonino contra los que hurtan mientras el naufragio, que dice así: Lo que me escribiste en quanto á los naufragios de las naves ó barcos, pertenece para que examines con qué pena juzgo que han de ser castigados aquellos que se justificase que robáron alguna cosa de ellos: y á mi parecer se puede determinar facilmente; porque hay mucha diferencia de que se roben las cosas que habian de perecer ó que se invadan culpablemente las que se podian salvar; por lo qual parece que si el robo merece pena mas grave, á los hombres libres, despues de azotados con varas, los condenes á tres años de destierro; y si fuesen de baxo nacimiento, los aplicarás á alguna obra pública por el mismo tiempo; y á los siervos despues de azotados, los condenarás á que trabajen en las minas de metal. Si el robo no fuese de mucha cantidad, á los hombres libres, despues de azotados con varas, y á los siervos con azotes, los dexarás libres. Y absolutamente en estas causas como en las demás se ha de examinar cuidadosamente la condicion de las personas, y la calidad de las cosas, para que no se determine con mayor rigor, ni mas piedad de lo que pida la causa.

§. 2. Estas acciones competen tambien á los herederos; y contra estos solo se han de dar en quanto aumentasen su patrimonio por esta razon.

5. *Gayo; Comentarios al Edicto provincial, libro XXI.*—Si la cosa que uno preservó del naufragio, ó del incendio, y puso en distinto lugar, la hurtase otro, ú la robase, se obliga por la accion de hurto, ó por la que compete contra el que hurta violentamente, en particular si no entendia que era de naufragio, incendio ó ruina. Acerca de lo que se encontró del naufragio, que arrojáron las olas, y lo tomó alguno, juzgan algunos lo mismo: lo que es cierto, si pasó algun tiempo despues del naufragio; pues no siendo así, si se hurtase al tiempo del naufragio, nada importa que lo robe en el mar al tiempo del naufragio, ó en la ribera. Respecto lo que se robó del barco ó nave combatida, debemos interpretar lo mismo.

6. *Calistrato; Del Edicto monitorio, libro I.*—Se expugna la nave quando se despoja, se sumerge, ó se hace pedazos, ó se rompen ó cortan las cuerdas, ó se rasgan las velas, ó se roban las áncoras del mar.

7. *Idem libro II. Quaestionum.*—Ne quid ex naufragiis deripiatur, vel quis extraneus interveniat colligendis iis, multifariam prospectum est; nam et Divus Hadrianus Edicto praecipit, ut hi, qui iuxta litora maris possident, scirent, si quando navis vel insulata, vel fracta inter fines agri cuiusque fuerit, ne naufragia diripiant, in ipsos iudicia Praesides his, qui res suas direptas queruntur, reddituros, ut quidquid probaverint ademptum sibi naufragio, id a possessoribus recipiant; de his autem, quos diripuisse probatum sit, Praesidem ut de latronibus gravem sententiam dicere. Ut facilius sit probatio huiusmodi admissi, permisit his, et quidquid passos se huiusmodi queruntur, adire Praefectos, et ad eum testari reosque petere, ut pro modo culpa vel vinculi, vel sub fideiussoribus ad Praesidem remittantur. A domino quoque possessionis, in qua id admissum dicatur, satis accipi, ne cognitioni desit, praecipitur. Sed nec intervenire naufragiis colligendis aut militem, aut privatum, aut libertum servumve Principis, placere sibi ait Senatus.

8. *Neratius libro II. Responsorum.*—Ratis vi fluminis in agrum meum delatae non aliter potestatem tibi faciendam, quam si de praeterito quoque damno mihi cavisses.

9. *Gaius libro IV. ad legem XII. tabularum.*—Qui aedes acervumve frumenti iuxta domum positum combusserit, vincetus, verberatus igni necari iubetur, si modo sciens prudensque id commiserit; si vero casu, id est negligentia, aut noxam sarcire iubetur, aut, si minus ideneus sit, levius castigatur; appellatione autem aedium omnes species aedificii continentur.

10. *Ulpianus libro I. Opinionum.*—Ne piscatores nocte lumine ostenso fallant navigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naves, et qui in iis sunt, deducant, sibi que execrandam praedam parent, Praesidis provinciae religiosa constantia efficiat.

11. *Marcianus libro XIV. Institutionum.*—Si fortuito incendium factum sit, venia indiget, nisi tam lata culpa fuit, ut luxuria, aut dolo sit proxima.

12. *Ulpianus libro VIII. de officio Proconsulis.*—Licere unicuique naufragium suum impune colligere, constat; idque Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit.

§. 1. Qui data opera in civitate incendium fecerint, si humiliori loco sint, bestiis oblici solent, si in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certe in insulam deportantur.

#### TIT. X.

##### De iniuriis et famosis libellis.

1. *Ulpianus libro LVI. ad Edictum.*—Iniuria ex eo dicta est, quod non iure fiat; omne enim quod non

7. *El mismo; Cuestiones, libro II.*—Se procuró de muchos modos que no se robe cosa alguna de los naufragios, y que no las tomen los extraños; porque el Emperador Hadriano manda en un edicto, que los que tienen posesiones inmediatas á las riberas del mar, si quando la nave estubiese en sus predios encallada ó rota, roban las cosas que naufragaron, manden los Presidentes que vuelvan lo que robaron á sus dueños que las buscan, para que á qualquiera que justificase que se le quitó alguna cosa en el naufragio, se la restituyan los poseedores. En quanto á los que se justificase que robaron, el Presidente los castigará gravemente como á ladrones. Para que sea mas facil la prueba de este delito, permitió á los que dixesen que se les robó alguna cosa en el naufragio, que fuesen al Prefecto, y que lo atestiguen ante él, y acusen á los reos, para que segun la culpa se remitan á él ó atados ó baxo de fianza: y el señor de la posesion, en la qual se dice que se cometió este delito, se manda que dé fianza para que tenga efecto lo juzgado. Tambien dice el Senado, que ninguno debe de tomar las cosas que se perdiéron en el naufragio, ya sea militar, ó persona privada, ó liberto, ó siervo del Principe.

8. *Neracio; Respuestas, libro II.*—El barco que llevó á mi fundo la fuerza de la corriente, no lo puedes tomar, si no me das tambien caucion por el daño causado.

9. *Gayo; Comentarios á las leyes de las doce tablas, libro IV.*—El que incendiase las casas, ó el monton de trigo que estaba junto á la casa, despues de azotado, se manda echarlo al fuego atado, si cometió este delito sabiéndolo y queriéndolo; pero si casualmente, esto es, por descuido, ó se le manda satisfacer el daño; ó si no fuese abonado, será castigado levemente. Baxo del nombre casa se comprehende toda especie de edificios.

10. *Ulpiano; De las Opiniones, libro I.*—Los Presidentes de las provincias procurarán constantemente que los pescadores no engañen á los navegantes haciendo de noche lumbrer que se pueda ver, para que vayan á ella creyendo que está en el puerto, y de este modo lleven al peligro la nave y á los navegantes, haciéndolos ellos prisioneros.

11. *Marciano; Instituciones, libro XIV.*—Si sucedió algun incendio por caso fortuito, no se incurre en culpa, como no sea tan grave, que sea próxima á dolo.

12. *Ulpiano; Del cargo de Procónsul, libro VIII.*—Consta que á qualquiera le es permitido recuperar lo que perdió en el naufragio, segun un rescripto del Emperador Pio y de su padre.

§. 1. El que causase algun incendio en la ciudad poniendo los medios para él, será condenado á que se eche á las bestias, si fuese persona de humilde nacimiento; y si fuese de alguna graduacion, se le impondrá pena de muerte, ó será deportado á alguna isla.

#### TITULO X.

##### De las injurias y libelos infamatorios.

1. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVI.*—Injuria se dice lo que se hace contra derecho. Todo lo

iure fit, iniuria fieri dicitur. Hoc generaliter; specialiter autem iniuria dicitur contumelia. Interdum iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur, ut in lege Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitatem iniuriam dicemus; nam quum quis inique vel iniuste sententiam dixit, iniuriam ex eo dictam, quod iure et iustitia caret, quasi non iuriam; contumeliam autem a contemnendo.

§. 1. Iniuriam autem fieri Labeo ait aut re, aut verbis; re, quoties manus inferuntur, verbis autem, quoties non manus inferuntur, convicium fit.

§. 2. Omnemque iniuriam aut in corpus inferri, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinere; in corpus fit, quum quis pulsatur, ad dignitatem, quum comes matronæ abducitur, ad infamiam, quum pudicitia attentatur.

§. 3. Item aut per semet ipsum alicui fit iniuria, aut per alias personas; per semet, quum directo ipsi cui patrifamilias vel matrifamilias fit iniuria, per alias, quum per consequentias fit, quum fit liberis meis vel servis meis, vel uxori nuruive; spectat enim ad nos iniuria, quæ in his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sint.

§. 4. Et si forte cadaveri defuncti fit iniuria, cui heredes bonorumve possessores extitimus, iniuriarum nostro nomine habemus actionem; spectat enim ad existimationem nostram, si qua ei fiat iniuria. Idemque et si fama eius, cui heredes extitimus, læcessatur.

§. 5. Usque adeo autem iniuria, quæ fit liberis nostris, nostrum pudorem perlingit, ut etiam si volentem filium quis vendiderit, patri suo quidem nomine competit iniuriarum actio, filii vero nomine non competit, quia nulla iniuria est, quæ in volentem fiat.

§. 6. Quoties autem funeri testatoris vel cadaveri fit iniuria, si quidem post aditam hereditatem fiat, dicendum est, heredi quodammodo factam; semper enim heredis interest defuncti existimationem purgare; quoties autem ante aditam hereditatem, magis hereditati; et sic heredi per hereditatem acquiritur. Denique Iulianus scribit, si corpus testatoris ante aditam hereditatem detentum est, acquiritur hereditati actiones, dubium non esse. Idemque putat, et si ante aditam hereditatem servo hereditario iniuria facta fuerit, nam per hereditatem actio heredi acquiretur.

§. 7. Labeo scribit, si quis servum hereditarium testamento manumissum ante aditam hereditatem verberaverit, iniuriarum heredem agere posse; at si post aditam hereditatem verberatus sit, sive scit se liberum, sive ignorat, ipsum agere posse.

§. 8. Sive autem sciat quis filium meum esse, vel uxorem meam, sive ignoraverit, habere me meo nomine actionem Neratius scripsit.

§. 9. Idem ait Neratius, ex una iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, neque ullius actionem per alium consumi, ut puta uxori meæ, filiaefamilias, iniuria facta est; et mihi, et patri eius, et ipsi iniuriarum actio incipiet competere.

2. Paulus libro L. ad Edictum.—Quodsi viro in-

que no es conforme á derecho, se dice que se hace con injuria. Esto generalmente: la afrenta especialmente se llama injuria. Tal vez baxo del nombre injuria se significa el daño hecho por culpa, como solemos decir en la ley Aquilia. Tambien solemos llamar injuria la injusticia; pues cuando alguno pronuncia sentencia iniqua ó injusta, se dice injuriosa, porque carece de justicia, y no es conforme á derecho. Contumelia se dice de menosprecio.

§. 1. Dice Labeon, que se causa injuria de hecho ó de palabra: de hecho, siempre que se injuria valiéndose de las manos: de palabra, quando se expresa alguna cosa injuriosa sin ofensa del cuerpo.

§. 2. Toda injuria ó se causa al cuerpo, ó á la dignidad de la persona, ó pertenece á la fama. Se causa al cuerpo, quando se hiera á alguno: á la dignidad, quando se acompaña contra su voluntad á la matrona Romana: á la infamia, quando se pretende alguna cosa contra la honestidad.

§. 3. Tambien se puede injuriar á la misma persona injuriándola á ella misma, ó injuriando á otros. A ella misma, quando se injuria directamente al padre ó á la madre de familias; y por consecuencia se les injuria injuriando á otros, quando se causa injuria á sus descendientes, á sus siervos, á su muger ó á su nuera; porque nos corresponde la injuria que se hace á los que estan en nuestra potestad, ó les tenemos afecto.

§. 4. Si acaso se hiciese injuria al cadaver del difunto de quien somos herederos ó poseedores de sus bienes, nos corresponde accion de injuria en nuestro propio nombre; porque corresponde á nuestra estimacion si se le hace alguna injuria; y tambien si se ofende la fama de aquel de quien fuimos herederos.

§. 5. En tanto grado ofende nuestra estimacion la injuria que se hace á nuestros descendientes, que aunque alguno venda al hijo con su voluntad, compete á su padre la accion de injuria en su propio nombre; pero no compete en nombre del hijo, porque no resulta injuria contra aquel con cuya voluntad se executa lo que se hace.

§. 6. Tambien se causa injuria al entierro ó cadaver del testador; y si se causa despues de adida la herencia, se ha de decir que en algun modo se hace al heredero; porque á este le importa mirar por la estimacion del difunto. Pero si antes que se ada la herencia, mas bien se ha de decir, que la accion de injuria la adquiere la herencia, y por ella el heredero. Finalmente escribe Juliano, que si el cadaver del testador se detuvo antes que se adiese la herencia, no se duda que la herencia adquiere las acciones. Lo mismo juzga si al siervo hereditario se le hizo injuria antes que se adiese la herencia; pues por ella adquiere accion el heredero.

§. 7. Escribe Labeon, que si alguno antes que se adiese la herencia, azotase al siervo hereditario á quien se le dió libertad en el testamento, el heredero puede pedir por la accion de injuria. Pero si fué azotado despues de adida la herencia, ya sea que sepa que es libre, ó que lo ignore, puede pedir él mismo.

§. 8. Ya sea que alguno sepa que uno es mi hijo, ó mi muger, ó que lo ignore, escribió Neracio, que me compete accion en mi propio nombre.

§. 9. Tambien dice Neracio, que de una injuria tal vez suelen resultar tres acciones de injuria, y que la una no se consume por la otra: v. g. se causó injuria á mi muger hija de familias, compete la accion de injurias á mí, á su padre y á ella.

2. Paulo; Comentarios al Edicto, libro L.—Si se

iuria facta sit, uxor non agit, quia defendi uxores a viris, non viros ab uxore aequum est.

3. *Ulpianus libro LVI. ad Edictum.*—Illud re-latum peraeque est, eos, qui iniuriam pati possunt, et facere posse.

§. 1. Sane sunt quidam, qui facere non possunt, utputa furiosus et impubes, qui doli capax non est; namque hi pati iniuriam solent, non facere; quum enim iniuria ex affectu facientis consistat, consequens erit dicere, hos, sive pulsant, sive convicium dicant, iniuriam fecisse non videri.

§. 2. Itaque pati quis iniuriam, etiamsi non sentiat, potest, facere nemo, nisi qui scit, se iniuriam facere, etiamsi nesciat, cui faciat.

§. 3. Quare si quis per iocum percutiat, aut dum certat, iniuriarum non tenetur.

§. 4. Si quis hominem liberum caeciderit, dum putat servum suum, in ea causa est, ne iniuriarum teneatur.

4. *Paulus libro L. ad Edictum.*—Si, quum servo meo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem in-vitus percusserim, iniuriarum non teneor.

5. *Ulpianus libro LVI. ad Edictum.*—Lex Cornelia de iniuriis competit ei, qui iniuriarum agere volet ob eam rem, quod se pulsatum, verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat. Qua lege cavetur, ut non iudicet, qui ei, qui agit, gener, socer, vitricus, privignus sobrinusve est, propiusve eorum quemquam ea cognatione affinitateve attinget, quive eorum eius parentisve, cuius eorum pa-tronus erit. Lex itaque Cornelia ex tribus causis dedit actionem: quod quis pulsatus, verberatusve, domusve eius vi introita sit. Apparet igitur omnem iniuriam, quae manu fiat, lege Cornelia contineri.

§. 1. Inter pulsationem et verberationem hoc inter-est, ut Ofilius scribit: verberare est, cum dolore caedere, pulsare, sine dolore.

§. 2. Domus accipere debemus non proprietatem domus, sed domicilium; quare sive in propria domu quis habitaverit, sive in conducta, vel gratis, sive hospitio receptus, haec lex locum habebit.

§. 3. Quid, si quis in villa habitet, vel in hortis? Idem erit probandum.

§. 4. Et si dominus fundum locaverit, inque eum impetus factus sit, colonus aget, non dominus.

§. 5. Si tamen in fundum alienum, qui domino colebatur, introitum sit, Labeo negat esse actionem dominio fundi ex lege Cornelia, quia non possit ubique domicilium habere, hoc est per omnes villas suas. Ego puto ad omnem habitationem, in qua paterfamilias habitat, pertinere hanc legem, licet ibi quis domicilium non habeat; ponamus enim studiorum causa Romae agere; Romae utique domicilium non habet, et tamen dicendum est, si vi do-mus eius introita fuerit, Corneliam locum habere. Tantum igitur ad meritoria, vel stabula non pertinebit. Ceterum ad hos pertinebit, qui inhabitant non momenti causa, licet ibi domicilium non habeant.

§. 6. Illud quaeritur, an pater filiofamilias iniuriam passo ex lege Cornelia iniuriarum agere possit. Et placuit

causase iniuria al marido, la muger no puede pedir; por-que es justo que los maridos defiendan á las mugeres, y no estas á los maridos.

3. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVI.*—Se dice regularmente, que los que pueden ser injuria-dos, pueden tambien injuriar.

§. 1. Ciertamente hay algunos que no pueden inju-riar: v. g. el furioso y el impúbero, que no es capaz de dolo; pues aunque estos pueden ser injuriados, no pueden injuriar; porque la injuria consiste en el afecto del que la causa; y es consiguiente decir, que estos aunque hie-ran ó digan alguna palabra injuriosa, parece que no in-jurian.

§. 2. Y así cualquiera puede ser injuriado, aunque carezca de entendimiento; pero no puede injuriar sino el que sabe que injuria, aunque ignore á quién injuria.

§. 3. Por lo qual si alguno hiriese á otro jugando ó luchando, no se obliga por la accion de injuria.

§. 4. Si alguno hiriese al hombre libre creyen-do que es su siervo, no se obliga por la accion de in-juria.

4. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro L.*—Si queriendo dar una puñada á mi siervo, hiriese contra mi voluntad al que estaba junto á tí, no me obligo por la accion de injuria.

5. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVI.*—La ley Cornelia de injurias compete á aquel que quiere pedir por esta accion, diciendo que fué herido ó azotado, ó que alguno entró violentamente en su casa; por cuya ley se previene, que no juzgue el que fuese yerno, sue-gro, padrastró, entenado, sobrino, ó pariente por consan-güinidad ó afinidad, ó de sus descendientes, ó patrono del que pide. La ley Cornelia tambien concedió accion por estas tres causas: si fué herido, azotado, ó entró al-guno en su casa violentamente. Esto supuesto se echa de ver, que toda injuria de hecho se comprehende en la ley Cornelia.

§. 1. Escribe Ofilio que entre tocar con la mano y azotar, hay esta diferencia: que azotar es herir causando dolor; y dar con la mano es dar sin causar dolor.

§. 2. Debemos entender por casa no solo la que es propia, sino tambien la que se habita; por lo qual ya sea que no se habite en su propia casa, ó en la que tiene en arrendamiento, ó se le da de valde, ó está en ella como huésped, tendrá lugar esta ley.

§. 3. ¿Qué diremos si alguno habita en la casa de campo ó en el huerto? Lo mismo se ha de decir.

§. 4. Si el señor arrendase el fundo en el qual pa-deció violencia, pedirá el colono, y no el señor.

§. 5. Pero si se entró en el fundo ageno que cultivaba el señor, niega Labeo, que por la ley Cornelia compete accion al señor del fundo, porque no puede tener domi-cilio en muchas partes, esto es, en todas sus casas de campo. Yo juzgo que esta ley tiene lugar en toda habita-cion en que habita el padre de familias, aunque alguno no tenga domicilio en ella. Supongamos que vive en Ro-ma por causa de los estudios: ciertamente no tiene habita-cion en Roma; y con todo se ha de decir, que si alguno entró violentamente en su casa, tiene lugar la ley Corne-lia. Esto supuesto no la tendrá respecto las posadas y establos; pero pertenecerá á aquellos que habitan en ellos como pasajeros, aunque no tengan domicilio.

§. 6. Se pregunta tambien si podrá pedir el padre por la accion de la ley Cornelia por la injuria que se hi-



non posse, deque ea re inter omnes constat; sed patri quidem praetoria iniuriarum actio competit, filio vero legis Corneliae.

§. 7. In lege Cornelia filiusfamilias agere potest ex omni causa, nec cavere debet ratam rem patrem habiturum; nam nec alias agentem filium iniuriarum ad cautionem de rato compellendum, Iulianus scribit.

§. 8. Hac lege permittitur actori iusiurandum deferre, ut reus iuret, iniuriam se non fecisse; sed Sabinus in Assessorio etiam Praetores exemplum legis secuturos ait; et ita res se habet.

§. 9. Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolo malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamsi alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti de ea re agere liceret; et si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse iubetur.

§. 10. Eadem poena ex Senatusconsulto tenetur etiam is, qui *inscriptiones*, aliudve quid sine scriptura in notam aliquorum produxerit; item qui emendum vendendumve curaverit.

§. 11. Et ei, qui indicasset, sive liber, sive servus sit, pro modo substantiae accusatae personae aestimatione iudicis pretium constituitur, servo forsitan et libertate praestanda; quid enim, si publica utilitas ex hoc emergit?

6. *Paulus libro LV. ad Edictum.*—Quod Senatusconsultum necessarium est, quum nomen adiectum non est eius, in quem factum est; tunc ei, quia difficilis probatio est, voluit Senatus publica quaestione rem vindicari. Ceterum si nomen adiectum sit, et iure communi iniuriarum agi poterit; nec enim prohibendus est privato agere iudicio, quod publico iudicio praeiudicatur, quia ad privatam causam pertinet. Plane si actum sit publico iudicio, denegandum est privatam; similiter ex diverso.

7. *Ulpianus libro LVII. ad Edictum.*—Praetor edixit: QUI AGIT INIURIARUM, CERTUM DICAT, QUID INIURIAE FACTUM SIT, quia qui famosam actionem intendit, non debet vagari cum discrimine alienae existimationis, sed designare, et certum specialiter dicere, quam se iniuriam passum contendit.

§. 1. Si dicatur homo iniuria occisus, numquid non debeat permittere Praetor privato iudicio legi Corneliae praeiudicari? Idemque, et si ita quis agere velit, quod tu venenum dedisti hominis occidendi causa? Rectius igitur fecerit, si huiusmodi actionem non dederit. Atquin solemus dicere, ex quibus causis publica sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos, quominus et privato agamus. Est hoc verum; sed ubi non principaliter de ea re agitur, quae habet publicam executionem. Quid ergo de lege Aquilia dicimus? nam et ea actio principaliter hoc continet, hominem occisum non principaliter; nam ibi principaliter de damno agitur, quod domino datum est; at in actione iniuriarum de ipsa caede vel veneno, ut vindicetur, non ut damnum sarciat. Quid ergo, si quis idcirco velit iniuriarum agere, quod gladio caput eius percussum est? Labeo ait, non esse prohibendum; neque enim utique hoc, inquit, intenditur, quod publicam habet animadversionem; quod verum non est; cui enim dubium est, etiam hunc dici posse Cornelia conveniri?

zo al hijo de familias; y se determinó que no; cuya opinion es comun. Pero compete al padre la accion pretoria de injuria, y al hijo la de la ley Cornelia.

§. 7. El hijo de familias puede pedir por la ley Cornelia por todas las causas; y no debe dar caucion de que el padre lo ratificará; porque Juliano escribe, que si el hijo pide de otro modo por la accion de injuria, se le ha de precisar á que dé caucion de rato.

§. 8. Por esta ley se permite al actor que pida jure el reo que no causó injuria. Pero Sabino en tiempo que era asesor dixo, que los Pretores habian de seguir el exemplo de la ley, y así se practica.

§. 9. Si alguno escribiese un libro que infamase á alguno, lo compusiese, lo publicase, ó con dolo malo procurase que se hiciese alguna cosa de estas, aunque se publicase en nombre de otro, ó sin nombre, podrá pedir respecto de esto; y si el que lo hizo fué condenado, se previene por la ley que no pueda ser testigo.

§. 10. Por la constitucion del Senado se obliga á la misma pena el que publica versos, ó fixa inscripciones ú otra cosa semejante, aunque no sea por escrito, infamando á alguno; y el que procurase que se compren ó vendan.

§. 11. Tambien se obliga el que los manifestase, ya sea libre ó siervo, y el Juez condenará al reo segun sus facultades: al siervo tal vez se le dará libertad. ¿Qué se dirá si esto resultase en beneficio de la utilidad pública?

6. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro LV.*—Esta constitucion del Senado es necesaria quando no se expresa el nombre de aquel á quien se injuria; pues como en este caso es difícil la prueba, quiso el Senado que qualquiera del pueblo pudiese acusar. Pero si se expresó el nombre, tambien se podrá usar de la accion de injuria por derecho comun; porque no se la ha de prohibir á la persona que pida en juicio particular, lo que le es perjudicial por juicio público, porque pertenece á la causa particular. Pero si se pidió en juicio público, se ha de denegar el particular; y si se pide por este, se denegará que se pida en juicio público.

7. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVII.*—Dixo el Pretor en su edicto: El que pide por la accion de injuria, exprese ciertamente la injuria que se le hizo; porque si intenta accion que cause infamia, no debe variar en perjuicio de la estimacion de otro, sino señalar y expresar ciertamente la injuria que se le hizo.

§. 1. Si se dice que por injuria se dió muerte á un siervo, ¿acaso permitirá el Pretor que el juicio privado sea perjudicial al de la ley Cornelia? ¿Se dirá tambien lo mismo si alguno quiere pedir porque tú diste veneno para matar al siervo? Esto supuesto será mejor si no se diese semejante accion; pues aunque solemos decir, que por las causas que competen los juicios públicos no se nos ha de impedir que pidamos por ellas en juicio particular, esto es cierto, quando no se trata principalmente de lo que tiene execucion pública. ¿Qué diremos de la accion de la ley Aquilia? pues por ella no se pide principalmente respecto la muerte del siervo, sino respecto del daño que resultó á su señor; pero en la accion de injuria se pide por la muerte ó veneno, y no que se satisfaga el daño. ¿Qué diremos si quiere pedir porque con espada se dió una herida en la cabeza? Dice Labeo, que no se ha de prohibir; porque en este caso no se pide cosa que requiera castigo público: lo que no es cierto; pues no hay duda que en este caso se puede pedir por la ley Cornelia.

§. 2. Praeterea illo spectat, dici certum de iniuria, quam passus quis sit, ut ex qualitate iniuriae sciamus, an in patronum liberto reddendum sit iniuriarum iudicium. Etenim meminisse oportebit, liberto adversus patronum non quidem semper, verum interdum iniuriarum dari iudicium, si atrox sit iniuria, quam passus sit, si saeva, puta, si servilis; ceterum levem coercionem utique patrono adversus libertum dabimus; nec patietur eum praetor querentem, quasi iniuriam passus sit, nisi atrocitas eum moverit, nec enim ferre Praetor debet heri servum, hodie liberum conquerentem, quod dominus ei convicium dixerit, vel quod leviter pulsaverit, vel emendaverit. Sed si flagris, si verberibus, si vulneravit non mediocriter, acquissimum erit, Praetorem ei subvenire.

§. 3. Sed et si quis ex liberis, qui non sunt in potestate, cum parente velit experiri, non temere iniuriarum actio danda est, nisi atrocitas suaserit; certe his, qui sunt in potestate, prorsus nec compellit, etiamsi atrox fuerit.

§. 4. Quod autem Praetor ait: quid iniuriae factum sit, certum dicat, quemadmodum accipiendum sit? Certum eum dicere Labeo ait, qui dicat nomen iniuriae, neque sub alternatione, puta illud aut illud, sed illam iniuriam se passum.

§. 5. Si mihi plures iniurias feceris, puta turba et coetu facto domum alicuius introeas, et hoc facto efficiatur, ut simul et convicium patiar, et verberer, an possim separatim tecum experiri de singulis iniuriis, quaeritur; et Marcellus secundum Neratii sententiam hoc probat, cogendum iniurias, quas simul passus est, coniungere.

§. 6. Posse hodie de omni iniuria, sed et de atroci civiliter agi, Imperator noster rescripsit.

§. 7. Atrociem iniuriam quasi contumeliosiore et maiorem accipimus.

§. 8. Atrociem autem iniuriam aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri. Labeo ait. Persona atrocior iniuria fit, ut quum magistratui, quum parenli, patrono fiat; tempore, si ludis et in conspectu; nam Praetoris in conspectu, an in solitudine iniuria facta sit, multum interesse ait, quia atrocior est, quae in conspectu fiat; re atrocem iniuriam haberi, Labeo ait, utputa si vulnus illatum, vel os alicui percussum.

8. *Paulus libro LV. ad Edictum.*—Vulneris magnitudo atrocitatem facit, et nonnunquam locus vulneris, veluti oculo percusso.

9. *Ulpianus libro LVII. ad Edictum.*—Sed est quaestionis, quod dicimus re iniuriam atrocem fieri, utrum si corpori inferatur, atrox sit, an et si non corpori, ut puta vestimentis scissis, comite abducto, vel convicio dicto. Et ait Pomponius, etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriam, persona atrocitatem faciente.

§. 1. Sed et si in theatro, vel in foro caedit, et vulnerat, quamquam non atrociter, atrocem iniuriam facit.

§. 2. Parvi autem refert, utrum patrifamilias, an filiofamilias iniuria facta sit; nam et haec atrox aestimabitur.

§. 2. Expresar ciertamente la injuria que se padeció, es para que por la calidad de ella sepamos si el liberto puede pedir respecto de ella por esta accion; porque se ha de tener presente que al liberto compete la accion de injuria contra el patrono, no siempre, sino algunas veces, esto es, si es atroz la injuria que padeció: v. g. que compete al siervo. Tambien permitimos al patrono un leve castigo contra el liberto, y no le admitirá el Pretor la queja por la injuria que padeció: á no ser que le mueva la atrocidad de ella. Tampoco debe oír el Pretor al siervo que se hizo libre, y se queja de su señor porque le dixo palabras injuriosas, ó le castigó levemente, ó le corrigió; pero será justo que le oiga si le castigó ó hirió gravemente.

§. 3. Si alguno de los hijos que no estan en la patria potestad quisiese pedir contra el padre, no se le ha de dar temerariamente la accion de injuria: á no ser que la atrocidad de ella lo persuada. Pero á los que estan en su potestad absolutamente no les compete, aunque fuese atroz.

§. 4. Lo que dice el Pretor: Expresa ciertamente la injuria que se le hizo; de qué manera se ha de entender. Labeon dice, que la expresa ciertamente el que declara el nombre de la injuria no alternativamente, v. g. esta ó aquella, sino la que padeció.

§. 5. Si cometieses contra mí muchas injurias, v. g. si convocando y juntando mucha gente, entrases en la casa de alguno, y de este mismo hecho resultase juntamente injuriarlo de palabra, y azotarlo, se pregunta si se podrá pedir contra tí separadamente por cada una de estas injurias. Marcelo segun la sentencia de Neracio dice, que se le ha de precisar á pedir juntamente por las injurias que padeció á un mismo tiempo.

§. 6. Al presente se puede pedir civilmente por toda injuria, aunque sea atroz, segun un rescripto de nuestro Emperador.

§. 7. Entendemos por injuria atroz la mayor y mas afrentosa.

§. 8. Dice Labeon, que se comete injuria atroz respecto la persona, el tiempo ó el hecho. Se comete injuria atroz respecto la persona quando se injuria al magistrado, al ascendiente ó al patrono: respecto del tiempo si en los juegos, y públicamente; porque hay mucha diferencia quando se injuria delante del Pretor, ó quando no se halla presente persona alguna; pues es mas atroz la injuria pública. Labeon dice, que es atroz la injuria respecto del hecho si á alguno se le da una bofetada en la cara, ó se le hiere en ella.

8. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro LV.*—La magnitud de la herida hace mas atroz la injuria, y alguna vez el lugar de la herida, v. g. si está en el ojo.

9. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVII.*—Se duda tambien en quanto á lo que decimos, que el lugar hace mas atroz la injuria: v. g. es atroz si fuese en el cuerpo, ó aunque no sea en él, v. g. si se rompen los vestidos llevando á alguno por fuerza, ó diciéndole palabras injuriosas. Pomponio dice, que aunque no haya herida, se puede decir que es atroz la injuria haciéndose á la persona.

§. 1. Pero si alguno en el teatro ó en el foro da de golpes ó hiere, aunque no atormente, comete injuria atroz.

§. 2. Importa poco que la injuria sea al padre de familias ó al hijo de familias; porque esta se tendrá por atroz.

§. 3. Si atrocem iniuriam servus fecerit, si quidem dominus praesens sit, potest agi de eo; quod si abfuerit, Praesidi offerendus est, qui eum flagris rumpat.

§. 4. Si quis tam feminam, quam masculum, sive ingenuos sive libertinos, impudicos facere attentavit, iniuriarum tenebitur. Sed et si servi pudicitia attentata sit, iniuriarum locum habet.

10. *Paulus libro LV. ad Edictum.*—Attentari pudicitia dicitur, quum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat.

11. *Ulpianus libro LVII. ad Edictum.*—Non solum is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc est, qui percussit, verum ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur.

§. 1. Iniuriarum actio ex bono et aequo est, et dissimulatione aboletur; si quis enim iniuriam dereliquerit, hoc est statim passus ad animum suum non revocaverit, postea ex poenitentia remissam iniuriam non poterit recolare. Secundum haec ergo aquilas actionis omnem metum eius abolere videtur, ubicunque contra aequum quis venit. Proinde et si pactum de iniuria intercessit, et si transactum est, et si iusiurandum exactum erit, actio iniuriarum non tenebit.

§. 2. Agere quis iniuriarum et per se, et per alium potest, utputa per curatorem, tutorem, ceterosque, qui pro aliis solent intervenire.

§. 3. Si mandatu meo facta sit alicui iniuria, plerique aiunt, tam me, qui mandavi, quam eum, qui suscipit, iniuriarum teneri.

§. 4. Proculus recte ait, si in hoc te conduxerim, ut iniuriam facias, cum utroque nostrum iniuriarum agi posse, quia mea opera facta sit iniuria.

§. 5. Idemque ait, et si filio meo mandavero, ut tibi iniuriam faciat.

§. 6. Atilicinus autem ait, et si persuaserim alicui alias nolenti, ut mihi ad iniuriam faciendam obediret, posse iniuriarum mecum agi.

§. 7. Quamquam adversus patronum liberti iniuriarum actio non datur, verum marito libertae nomine cum patrono actio competit; maritus enim uxore sua iniuriam passa suo nomine iniuriarum agere videtur; quod et Marcellus admittit. Ego autem apud eum notavi, non de omni iniuria hoc esse dicendum, me putare; levis enim coercitio etiam in nuptam, vel convicii non impudici dictio cur patrono denegetur? Si autem conliberto nupta esset, diceremus, omnino iniuriarum marito adversus patronum cessare actionem; et ita multi sentiunt. Ex quibus apparet, libertos nostros non tantum eas iniurias adversus nos iniuriarum actione exsequi non posse, quaecunque fiunt ipsis, sed ne eas quidem, quae iis fiunt, quos eorum interest iniuriam non pati.

§. 8. Plane si forte filius liberti, vel uxor velint iniuriarum experiri, quia patri maritove non datur, denegandum non erit, quia suo nomine experiuntur.

§. 9. Ei, qui servus dicitur, seque asserit in libertatem, iniuriarum actionem adversus dicentem se dominum competere, nulla dubitatio est; et hoc verum est,

§. 3. Si el siervo causase alguna injuria atroz habiéndose presente su señor, se puede pedir contra él; pero si en ausencia suya, se ha de entregar al Presidente para que mande azotarlo.

§. 4. Si alguno procurase que sean deshonestos tanto la muger como el hombre, ya sean ingenuos ó libertinos, se obligará por la accion de injuria; pero si se procurase pervertir la honestidad del siervo, tiene lugar la accion de injuria.

10. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro LV.*—Se dice que se procura pervertir la honestidad quando se procura hacer deshonesto al que es honesto.

11. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVII.*—No se obliga por la accion de injuria el que injurió, esto es, el que hirió, sino tambien el que lo hizo con dolo, ó el que procuró que á otro se le diese una puñada.

§. 1. La accion de injuria es conforme á equidad y justicia; y se extingue si no se pide en virtud de ella; pues si alguno perdonase la injuria, esto es, al instante que la padeció no pidiese en virtud de ella; y despues que la perdona no podrá pedir. Luego segun esto la equidad de la accion parece que quita el miedo de que se pida por ella, quando alguno quiere pedir contra equidad; por lo qual si se pactó ó transigió, ó intervino juramento respecto la injuria, no competirá esta accion.

§. 2. Puede uno pedir por la accion de injuria por sí y por otro, v. g. por procurador, tutor, y por los demás que suelen intervenir por otros.

§. 3. Si por mi mandado se injurió á otro, los mas dicen que me obligo por la accion de injuria, así yo que lo mandé, como el que aceptó el mandato.

§. 4. Próculo dice con razon, que si te alquilé para que injurias á otro, se puede pedir contra ambos por la accion de injuria; porque esta se cometió por mi propio hecho.

§. 5. Lo mismo dice si mandase á mi hijo que te injurie.

§. 6. Dice Atilicino, que si persuadiese á que cometa injuria al que de otro modo no injuriaria, se puede pedir contra mí por esta accion.

§. 7. Aunque no se da al liberti accion de injuria contra el patrono, esto no obstante al marido de la liberta compete esta accion contra el patrono en nombre de ella; porque el marido cuya muger padeció injuria, parece que pide por esta accion en su nombre, segun la opinion de Marcelo. Yo fui de sentir en las notas á él, que no se habia de decir esto de toda injuria. Pues ¿por qué razon se ha de denegar al patrono la facultad para la leve correccion contra la casada respecto la culpa no deshonestas? Pero si estubiese casada con el liberti, diriamos que absolutamente no competia al marido la accion de injuria contra su patrono; y muchos son de esta opinion. Por lo qual se manifiesta, que nuestros libertos no solo no pueden pedir contra nosotros por la accion de injuria de qualquiera manera que sean, sino ni por las que se hacen á aquellos á quienes importa que no padezcan injuria.

§. 8. Por lo qual si el hijo del liberti ó la muger quisiesen pedir por la accion de injuria que no compete al padre ni al marido, no se le ha de denegar; porque piden en su nombre.

§. 9. Al que se dice que es siervo, y él dice que es libre, no se duda que compete la accion de injuria contra el que dice que es su señor. Y esto es cierto, ya sea

sive ex libertate in servitutem petatur, sive ex servitute in libertatem proclamet, nam hoc iure indistincte utimur.

12. *Gaius libro XXII. ad Edictum provinciale.*—Si quis de libertate aliquem in servitutem petat, quem sciat liberum esse, neque id propter evictionem, ut eam sibi conservet, faciat, iniuriarum actione tenetur.

13. *Ulpianus libro LVII. ad Edictum.*—Iniuriarum actio neque heredi, neque in heredem datur. Idem est, et si in servum meum iniuria facta sit; nam nec hic heredi meo iniuriarum actio datur; semel autem lite contestata hanc actionem etiam ad successores pertinere.

§. 1. Is, qui iure publico utitur, non videtur iniuriae faciendae causa hoc facere; iuris enim executio non habet iniuriam.

§. 2. Si quis, quod decreto Praetoris non obtemperavit, ductus sit, non est in ea causa, ut agat iniuriarum, propter Praetoris praeceptum.

§. 3. Si quis per iniuriam, ad tribunal alicuius me interpellaverit vexandi mei causa, potero iniuriarum experiri.

§. 4. Si quis de honoribus decernendis alicuius passus non sit decerni, ut puta imaginem alicui, vel quid aliud tale, an iniuriarum teneatur? Et ait Labeo, non teneri, quamvis hoc contumeliae causa faciat; etenim multum interest, inquit, contumeliae causa quid fiat, an vero fieri quid in honorem alicuius quis non patiatur.

§. 5. Idem Labeo scribit, si, quum alium contingeret legatio, alii hoc onus duumvir indixerit, non posse agi iniuriarum ob laborem iniunctum; aliud enim esse laborem iniungere, aliud iniuriam facere. Idem ergo erit probandum et in ceteris muneribus atque honoribus, quae per iniuriam iniunguntur; ergo si quis per iniuriam sententiam dixerit, idem erit probandum.

§. 6. Quae iure potestatis a magistratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent.

§. 7. Si quis me prohibeat in mari piscari, vel everriculum ducere, an iniuriarum iudicio possim eum convenire? Sunt, qui putent, iniuriarum me posse agere; et ita Pomponius; et plerique, esse huic similem eum, qui in publicum lavare, vel in cavea publica sedere, vel in quo alio loco agere, sedere, conversari non patiatur, aut si quis re mea uti me non permittat; nam et hic iniuriarum conveniri potest. Conductoribus autem veteres interdictum dederunt, si forte publice hoc conduxit; nam vis ei prohibenda est, quominus conductione sua fruatur. Si quem tamen ante aedes meas, vel ante praetorium meum piscari prohibeam, quid dicendum est, me iniuriarum iudicio teneri, an non? Et quidem mare commune omnium est, et litora, sicuti aer, et est saepissime rescriptum, non posse quem piscari prohiberi; sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest. Usurpatum tamen et hoc est, tametsi nullo iure, ut quis prohiberi possit, ante aedes meas, vel praetorium meum piscari; quare si quis prohibeatur, adhuc iniuriarum agi potest. In lacu tamen, qui mei dominii est, utique piscari aliquem prohibere possum.

14. *Paulus libro XIII. ad Plautium.*—Sane si maris proprium ius ad aliquem pertineat, uti possidetis interdictum ei competit, si prohibeatur ius suum exerce-

que se diga que es siervo estando en la posesion de la libertad, ó estando en servidumbre diga que es libre; porque de este derecho usamos indistintamente.

12. *Gayo; Comentarios al Edicto provincial, libro XXII.*—Si alguno dixese que es siervo el que está en posesion de la libertad, sabiendo que es libre, y no hiciese que se le conserve por la eviccion, se obliga por la accion de injuria.

13. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVII.*—La accion de injuria no se da al heredero, ni compete contra él. Lo mismo se dice si se cometió injuria contra mi siervo; porque en este caso tampoco se da accion de injuria á mi heredero. Pero una vez que se contesta el pleyto, tambien compete esta accion á los sucesores.

§. 1. El que usa del derecho público, no parece que lo hace por causa de injuriar; porque en la execucion del derecho no se comete injuria.

§. 2. Si alguno fuese llevado preso porque no obedió el decreto del Pretor, no le compete la accion de injuria por el precepto del Pretor.

§. 3. Si alguno por causa de injuria y de vejacion me reconviniese ante algun Juez, podré usar de la accion de injuria.

§. 4. Si alguno se opusiese á que se honre al que se trataba de honrar, v. g. á que se le levantase estatua ú otra cosa semejante, ¿acaso se obligará por la accion de injuria? Labeon dice que no, aunque esto lo haga por causa de injuria; porque dice, que hay mucha diferencia de hacerse una cosa por causa de injuria, ó para no permitir que no se honre á otro.

§. 5. Tambien escribe Labeon, que si correspondiendo á alguno una legacia, los decuriones se la diesen á otro, no compete la accion de injuria por el trabajo que tiene anexo. Lo mismo se ha de decir en quanto á los demás honores y cargos que se dan contra derecho. Luego si alguno pronunciase sentencia injusta, se dirá lo mismo.

§. 6. Lo que hace el magistrado en virtud de su potestad, no corresponde á la accion de injuria.

§. 7. Si alguno me prohibiese que pesque en el mar, ó echar la red, que los Griegos llaman sacar, ¿acaso me competirá la accion de injuria? Hay algunos que dicen que sí, como tambien expresa Pomponio: los mas dicen, que esto es lo mismo que prohibir á alguno que lave, ó se siente en el teatro, ó que asista en algun otro lugar público, ó no se le permita usar de lo que es suyo porque en este caso compete la accion de injuria. Tambien concedieron los antiguos interdicto al conductor, si el arrendamiento era público; porque no se ha de permitir que se prohiba el uso del arrendamiento. ¿Qué se dirá si á alguno le prohibiese que pesque delante de mis casas ó tribunal? ¿acaso me competirá ó no la accion de injuria? Ciertamente el mar y sus riberas son comunes á todos, como el ayre. Consta de muchos rescriptos, que á ninguno se le puede prohibir pescar ni cazar; pero se le puede prohibir que entre en el predio ageno. Con todo está recibido, aunque contra derecho, que pueda prohibir á otro que pesque delante de mis casas ó mi juzgado; por lo qual si á alguno se le prohibiese, aún tiene lugar la accion de injuria. Pero en la laguna de que soy señor, ciertamente puedo prohibir á otro que pesque.

14. *Paulo; Comentarios á Plaucio, libro XIII.*—Si á alguno le pertenece algun parage propio en el mar, le compete el interdicto *uti possidetis*, si se le pro-

re, quoniam ad privatam iam causam pertinet, non ad publicam haec res, utpote quum de iure fruendo agatur, quod ex privata causa contingat, non ex publica; ad privatas enim causas accommodata interdicta sunt, non ad publicas.

15. *Ulpianus libro LXXVII. ad Edictum.*—Item apud Labeonem quaeritur, si quis mentem alicuius medicamento aliove quo alienaverit, an iniuriarum actio locum haberet; et ait, iniuriarum adversus eum agi posse.

§. 1. Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levatae, et saepe territus quasi vapulaturus, non tamen percussit, utili iniuriarum actione tenetur.

§. 2. Ait praetor: QUI ADVERSUS BONOS MORES CONVICIUM CUI FECISSE, CUIUSVE OPERA FACTUM ESSE DICETUR, QUO ADVERSUS BONOS MORES CONVICIUM FIERET, IN EUM IUDICIUM DABO.

§. 3. Convicium iniuriam esse Labeo ait.

§. 4. Convicium autem dicitur vel a concitatione, vel a conventu, hoc est a collatione vocum; quum enim in unum complures voces conferuntur, convicium appellatur, quasi convocium.

§. 5. Sed quod adiicitur a Praetore: adversus bonos mores, ostendit, non omnem in unum collatam vociferationem Praetorem notare, sed eam, quae bonis moribus improbatur, quaeque ad infamiam vel invidiam alicuius spectaret.

§. 6. Idem ait: adversus bonos mores sic accipiendum, non eius, qui fecit, sed generaliter accipiendum adversus bonos mores huius civitatis.

§. 7. Convicium non tantum praesenti, verum absenti quoque fieri posse, Labeo scribit. Proinde si quis ad domum tuam venerit te absente, convicium factum esse dicitur. Idem et si ad stationem vel tabernam ventum sit, probari oportere.

§. 8. Fecisse convicium non tantum is videtur, qui vociferatus est, verum is quoque, qui concitavit ad vociferationem alios, vel qui summisit, ut vociferentur.

§. 9. Cui non sine causa adiectum est; nam si incertae personae convicium fiat, nulla executio est.

§. 10. Si curaverit quis convicium alicui fieri, non tamen factum sit, non tenebitur.

§. 11. Ex his apparet, non omne maledictum convicium esse, sed in solum, quod cum vociferatione dictum est.

§. 12. Sive unus, sive plures dixerint, quod in coetu dictum est, convicium est, quod autem non in coetu, nec vociferatione dicitur, convicium non proprie dicitur sed infamandi causa dictum.

§. 13. Si quis astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat, iniuriarum cum eo agi non potest, sed Constitutiones eos tenent.

§. 14. Iniuriarum, quae ex convicio nascitur, in heredes non est reddenda, sed nec heredi.

§. 15. Si quis virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas, minus peccare videtur, multo minus si meretricia veste feminae, non matrum familiarum vestitae fuissent; si igitur non matronali habitu femina fuerit, et

habiese el uso de su derecho; porque esto ya pertenece á la causa privada, y no á la pública: así como quando se trata del uso de su derecho, que corresponde por causa particular, y no por causa pública. Los interdictos están acomodados á las causas privadas, no á las públicas.

15. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LXXVII.*—También pregunta Labeon, si tendrá lugar la acción de injuria quando alguno con medicinas ú de otro modo trastornase el juicio á alguno; y dice, que compete contra él la acción de injuria.

§. 1. Si uno no levantó la mano para darle á otro una bofetada, y le amedrantase muchas veces como que le queria azotar, y no lo hizo, se obligará por la acción útil de injuria.

§. 2. Dice el Pretor: Daré acción contra el que dixese á otro palabras injuriosas contra las buenas costumbres, ó se dixese que por hecho suyo procuró que se dixesen.

§. 3. Labeon dice, que el convicio causa injuria.

§. 4. Convicio se dice ó de conmovier ó juntar; y porque á las voces se suelen juntar muchas personas, se llama convicio la repetición de voces.

§. 5. Lo que se añade por el Pretor: Contra las buenas costumbres; manifiesta que el Pretor no prohíbe todas las voces á las quales se juntan las gentes, sino aquellas que se reprueban por las buenas costumbres, y que pertenecen á la infamia ó injuria de alguno.

§. 6. También dice: Contra las buenas costumbres; lo qual se ha de entender no respecto del que lo hizo, sino generalmente contra las buenas costumbres de la ciudad.

§. 7. Escribe Labeon, que no solo se pueden decir palabras injuriosas al que estaba presente, sino también contra el ausente, como si alguno viniese á tu casa estando tú ausente. Lo mismo se ha de decir si vino adonde estabas, ó á la casa de trato.

§. 8. Parece que causó injuria no solo el que expresó palabras injuriosas, sino también el que juntó ó induxo á otros para que las dixesen.

§. 9. La palabra: A quien; no se expresó sin causa; porque si las palabras injuriosas se refirieron á persona incierta, no se verifica injuria.

§. 10. Si alguno procurase que se dixesen á otro palabras injuriosas, y no se dixeron, no se obligará.

§. 11. De lo expresado se manifiesta, que no todas las palabras malas son injuriosas, sino solo las que se dixeron á voces.

§. 12. Ya sea que uno ó muchos estando junta mucha gente dixese palabras injuriosas, se dice que hay injuria. Pero lo que no se dice á voces ni delante de mucha gente, propiamente no se llama injuria, sino dicho por causa de infamar.

§. 13. Si algun astrólogo, ó el que promete alguna adivinación ilícita, habiendo sido consultado dixese que alguno era ladrón, no siéndolo, no se puede pedir contra él por la acción de injuria; pero está obligado por las constituciones.

§. 14. La acción de injuria que resulta de las palabras injuriosas, no se ha de dar contra los herederos, ni á los herederos.

§. 15. Si alguno intentase pervertir la honestidad de alguna doncella, si estaba vestida con trage de sierva, parece que comete menor culpa, y mucho menos si estaba vestida de ramera, y no de madre de familias. Esto

quis eam appellavit, vel ei comitem abduxit, iniuriarum tenetur.

§. 16. Comitem accipere debemus eum, qui comitemur et sequatur, et, ut ait Labeo, sive liberum, sive servum, sive masculum, sive feminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiusque causa, ut sequeretur destinatus, in publico privatove abductus fuerit; inter comites utique et paedagogi erunt.

§. 17. Abduxisse videtur, ut Labeo ait, non qui abducere comitem coepit, sed qui perfecit, ut comes cum eo non esset.

§. 18. Abduxisse autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit, verum is quoque, qui persuasit comiti, ut eam desereret.

§. 19. Tenetur hoc Edicto non tantum qui comitem abduxit, verum etiam si quis eorum quem appellavisset, assectatusve est.

§. 20. Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare; hoc enim non est convicium facere, sed adversus bonos mores attentare.

§. 21. Qui turpibus verbis utitur, non tentat pudicitiam, sed iniuriarum tenetur.

§. 22. Aliud est appellare, aliud assectari; appellat enim, qui sermone pudicitiam attentat, assectatur, qui tacitus frequenter sequitur; assidua enim frequentia quasi praebet nonnullam infamiam.

§. 23. Meminisse autem oportebit, non omnem, qui assectatus est, nec omnem, qui appellavit, hoc Edicto conveniri posse; neque enim si quis colludendi, si quis officii honeste faciendi gratia id facit, statim in Edictum incidit, sed qui contra bonos mores hoc facit.

§. 24. Sponsum quoque ad iniuriarum actionem admittendum puto; etenim spectat ad contumeliam eius iniuria, quaecunque sponsae eius fiat.

§. 25. Ait Praetor: NE QUID INFAMANDI CAUSA FIAT; SI QUIS ADVERSUS EA FECERIT, PROUT QUAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM.

§. 26. Hoc Edictum supervacuum esse Labeo ait, quippe quum ex generali iniuriarum agere possumus; sed videtur et ipsi Labeoni, et ita se habet, Praetorem eandem causam secutum voluisse etiam specialiter de ea re loqui; ea enim, quae notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta.

§. 27. Generaliter vetuit Praetor quid ad infamiam alicuius fieri; proinde quodcumque quis fecerit, vel dixerit, ut alium infamet, erit actio iniuriarum. Haec autem fere sunt, quae ad infamiam alicuius fiunt, ut puta ad invidiam alicuius veste lugubri utitur, aut squalida, aut si barbam demittat, vel capillos submittat, aut si carmen conscribat, vel proponat, vel cantet aliquod, quod pudorem alicuius laedat.

§. 28. Quod ait Praetor: si qui adversus ea fecerit, prout quaeque res erit, animadvertam, sic intelligendum est, ut plenior esset Praetoris animadversio, id est, ut quodcumque eum moverit, vel in persona eius, qui agit iniuriarum actionem, vel eius, adversus quem agitur, vel etiam in re ipsa, in qualitate iniuriae, audiat eum, qui agit.

§. 29. Si quis libello dato vel Principi, vel alicui famam alienam insectatus fuerit, iniuriarum erit agendum, Papinianus ait.

supuesto si no estubiese vestida con hábito de matrona, y alguno la solicitó, ó la siguió contra su voluntad, se obliga por la accion de injuria.

§. 16. Debemos entender que la sigue, como dice Labeon, el que la acompaña y sigue, ya sea libre ó sirvo, varon ó hembra. Labeon dice, que la acompaña y sigue el que está destinado á seguirla frecuentemente por lugares públicos ó privados. Entre los que acompañan se comprehenden tambien los pedagogos.

§. 17. Parece que sigue por fuerza, como dice Labeon, no el que empezó á acompañar por fuerza, sino el que hizo que el que la acompañaba dexase de acompañarla.

§. 18. No solo parece que acompañó el que lo hizo por fuerza, sino tambien el que persuadió al que la acompañaba á que la dexase.

§. 19. Se obliga por este edicto no solo el que siguió por fuerza, sino tambien el que solicitase ó siguiese.

§. 20. Solicitar es procurar pervertir la honestidad de otro con palabras halagüeñas; porque esto no es decir palabras injuriosas, sino obrar contra las buenas costumbres.

§. 21. El que dice palabras torpes no pervierte la honestidad; pero se obliga por la accion de injuria.

§. 22. Una cosa es procurar pervertir la honestidad, y otra seguir. Procura pervertir la honestidad, el que lo intenta de palabra, y sigue el que frecuentemente lo hace sin hablar. La persecucion continua como que causa alguna infamia.

§. 23. Convendrá tener presente que no todos los que persiguen, ni todos los que procuran pervertir la honestidad con palabras, pueden ser reconvenidos por este edicto; porque si alguno lo hizo honestamente por causa de jocosidad ó diversion, no incurre en este edicto, sino aquellos que obran contra las buenas costumbres.

§. 24. Tambien juzgo que se le ha de conceder al esposo la accion de injuria; porque qualquiera injuria que se haga á la esposa, le corresponde á él.

§. 25. Dice el Pretor: No se haga cosa alguna por causa de infamia; y al que la hiciere, le castigaré segun el delito.

§. 26. Este edicto dice Labeon que es superfluo; porque podemos pedir por la cláusula general de injuria. Pero tambien parece al mismo Labeon, y lo propio dice el Pretor que quiso tratar de esto; pues los hechos de los quales resulta nota de infamia, parece que en algun modo se despreciarian, si no se tratase de ellos particularmente.

§. 27. El Pretor prohibió generalmente que se infamase á otro; por lo qual qualquiera cosa que otro hiciere ó dixese para infamar á alguno, tendrá lugar la accion de injuria. Las cosas que infaman son estas: v. g. si se usa de algun vestido lugubre para injuriar á alguno, de alguna cosa sucia, ó si se le rapase la barba ó los cabellos, escribir versos, decirlos, ó cantar alguna cosa que ofendiese la estimacion de alguno.

§. 28. Lo que dice el Pretor: Si alguno hiciere lo contrario de lo expresado, al que lo hiciere le castigaré conforme á su delito; se ha de entender que el Pretor le castigará rigurosamente, esto es, que dirá al que pidiese contra él, que pida por la accion de injuria, ó á aquel contra quien se pide, segun el delito ó la calidad de la injuria.

§. 29. Si alguno presentase libelo al Príncipe ó á algun otro infamando á otro, dice Papiniano, que se puede pedir por la accion de injuria.



§. 30. Idem ait, eum, qui eventum sententiae, velut daturus pecuniam, vendidit, fustibus a Praeside ob hoc castigatum, iniuriarum damnatum videri; utique autem apparet, hunc iniuriam ei fecisse, cuius sententiam venditavit.

§. 31. Si quis bona alicuius, vel rem unam per iniuriam occupaverit, iniuriarum actione tenetur.

§. 32. Item si quis pignus proscrisperit, venditurus, tanquam a me acceperit, infamandi mei causa, Servius ait, iniuriarum agi posse.

§. 33. Si quis non debitorem quasi debitorem appellaverit iniuriae faciendae causa, iniuriarum tenetur.

§. 34. Praetor ait: QUI SERVUM ALIENUM ADVERSUS BONOS MORES VERBERAVISSE, DEVE EO INIUSSU DOMINI QUESTIONEM HABUISSE DICETUR, IN EUM IUDICIUM DABO; ITEM SI QUID ALIUD FACTUM ESSE DICETUR, CAUSA COGNITA IUDICIUM DABO.

§. 35. Si quis sic fecit iniuriam servo, ut domino faceret, video dominum iniuriarum agere posse suo nomine; si vero non ad suggillationem domini id fecit, ipsi servo facta iniuria inulta a Praetore relinqui non debuit, maxime si verberibus, vel quaestione fieret; hanc enim et servum sentire palam est.

§. 36. Si communem quis servum verberaverit, utique hac actione non tenebitur, quum iure domini id fecerit.

§. 37. Nec si fructuarius id fecerit, dominus cum eo agit, vel si proprietarius fecerit, fructuarius eum conveniet.

§. 38. Adiiicitur: adversus bonos mores, ut non omnis omnino, qui verberavit, sed qui adversus bonos mores verberavit, teneatur; ceterum si quis corrigendi animo, aut si quis emendandi, non tenetur.

§. 39. Unde quaerit Labeo, si magistratus municipalis servum meum loris ruperit, an possim cum eo experiri, quasi adversus bonos mores verberaverit. Et ait, iudicem debere inquirere, quid facientem servum meum verberaverit; nam si honorem ornamentaque petulanter attentantem caeciderit, absolvendum eum.

§. 40. Verberasse dicitur abusive, et qui pugnibus caeciderit.

§. 41. Quaestionem intelligere debemus tormenta et corporis dolorem ad eruendam veritatem; nuda ergo interrogatio, vel levis territio non pertinet ad hoc Edictum. Quaestionis verbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur. Quum igitur per vim et tormenta habita quaestio est, tunc quaestio intelligitur.

§. 42. Sed et si iussu domini quis quaestionem habeat, modum tamen excesserit, teneri eum debere Labeo ait.

§. 43. Praetor ait: si quid aliud factum esse dicetur, causa cognita iudicium dabo; proinde si quidem verberatus sit servus, vel tormentis de eo quaestio habita est, sine causae cognitione iudicium in eum competit, si vero aliam iniuriam passus sit, non aliter competit, quam causa cognita.

§. 44. Itaque Praetor non ex omni causa iniuriarum iudicium servi nomine promittet; nam si leviter percussus sit, vel maledictum ei leviter, non dabit actionem. At si infamatus sit vel facto aliquo, vel carmine scripto, puto causae cognitionem Praetoris porrigendam et ad servi qualitatem; etenim multum interest, qualis servus sit,

§. 30. Tambien dice, que el que dió dinero porque se pronunciase sentencia á su favor, y por esto el Presidente le mandase azotar con varas, parece que fué condenado por la accion de injuria. Tambien parece que cometió injuria el que pronunció sentencia por interés.

§. 31. Si alguno ocupase por injuria los bienes de otro, ó alguna cosa de ellos, se obliga por la accion de injuria.

§. 32. Tambien si alguno por causa de infamarme vendiese públicamente la alhaja que le di en prenda, dice Servio, que se puede pedir por la accion de injuria.

§. 33. Si alguno dixese que era su deudor el que no lo era por causa de injuriarlo, se obliga por la accion de injuria.

§. 34. Dice el Pretor: El que azotase al siervo ageno contra las buenas costumbres, ó dixese que le daba tormento por mandato del señor, daré accion contra él. Mas si se dixese que hizo alguna otra cosa, daré accion con conocimiento de causa.

§. 35. Si alguno injuriasse al siervo por injuriar al señor, me parece que este puede pedir en su nombre por la accion de injuria. Pero si no lo hizo por injuriar al señor, la injuria hecha al siervo no la debe dexar sin castigo el Pretor, particularmente si le azotó ó le dió tormento; porque es cierto que se hizo esta injuria.

§. 36. Si alguno azotase al siervo que era suyo en comun, ciertamente no se obligará por esta accion; porque lo hizo como señor.

§. 37. Si esto lo hiciese el usufrutuario, el señor no podrá pedir contra él; ó si lo hiciese el propietario, no le podrá reconvenir el usufrutuario.

§. 38. Se añade: Contra las buenas costumbres; porque no se obligan todos los que azotan, sino el que lo hace contra las buenas costumbres. Pero si alguno lo hiciese por causa de correccion, no se obliga.

§. 39. Por lo qual pregunta Labeon, que si el magistrado municipal rompiese la loriga á mi siervo, acaso podré pedir contra él del mismo modo que si lo azotase contra las buenas costumbres. Y dice que el Juez debe inquirir qué hizo mi siervo para que lo azotase; porque si lleva los ornamentos ó las armaduras desvergonzadamente por causa de honor, ha de ser absuelto.

§. 40. Abusivamente se dice que azotó el que dió de puñadas.

§. 41. Debemos entender por tormento el que se da para atormentar el cuerpo por causa de indagar la verdad. La simple pregunta ó la leve amenaza no pertenece á este edicto. La palabra tormento comprehende tambien lo que se dice mansion penosa. Esto supuesto quando el tormento se da violentamente, y por atormentar, entonces se dice que lo es.

§. 42. Pero quando se da por mandado del señor, y se excede en el modo, dice Labeon, que se obliga el que lo da.

§. 43. Dice el Pretor: Si se dixese que se hizo alguna otra cosa, daré accion con conocimiento de causa. Por lo qual si el siervo fuese azotado ó atormentado sin conocimiento de causa, competirá accion contra el que lo hizo. Pero si padeció otra injuria, no compete de otra manera que con conocimiento de causa.

§. 44. Por lo qual el Pretor no promete la accion de injuria en nombre del siervo por toda causa; pues si fué herido ó injuriado levemente, no competirá accion. Pero si fué infamado por algun hecho, ó por versos que se escribiéron, juzgo que corresponde que el Pretor determine sobre esto con conocimiento de causa, segun la

bonae frugi, ordinarius, dispensator, an vero vulgaris vel mediastinus, an qualisqualis; et quid, si compeditus vel male notus, vel notae extremae? Habebit igitur Praetor rationem tam iniuriae, quae admissa dicitur, quam personae servi, in quem admissa dicitur, et sic aut permittet, aut denegabit actionem.

§. 45. Interdum iniuria servo facta ad dominum redundat, interdum non; nam si pro libero se gerentem, aut quum eum alterius potius, quam meum existimat quis, non caesurus eum, si meum scisset, non posse eum, quasi mihi iniuriam fecerit, sic conveniri, Mela scribit.

§. 46. Si quis servo verberato iniuriarum egerit, deinde postea damni iniuriae agat, Labeo scribit, eandem rem non esse, quia altera actio ad damnum pertinet culpa datum, altera ad contumeliam.

§. 47. Si usumfructum in servo habeam, tu proprietatem, isque verberatus sit, vel quaestio de eo habita, iniuriarum actio magis proprietario, quam mihi competit; idemque probatur, et si servum eum, quem bona fide possidebam, caecideris; domino enim magis competit iniuriarum actio.

§. 48. Item si liberum hominem, qui mihi bona fide serviebat, quis caeciderit, distinguendum est, ut, si in contumeliam pulsatus sit, competat mihi iniuriarum actio. Idem ergo et si in servo alieno bona fide mihi servienti, ut toties admittamus iniuriarum actionem, quoties in meam contumeliam iniuria ei facta sit: nam ipsius quidem servi nomine domino dabimus iniuriarum actionem. Si autem me tangat et pulset, iniuriarum mihi quoque est; ergo et in fructuario idem distinguere potest.

§. 49. Si servum complurium caecidero, competere iniuriarum actionem omnibus, plus quam manifestum est.

16. *Paulus libro XLV. ad Edictum.*—Sed non esse aequum, pro maiore parte, quam pro qua dominus est, damnationem fieri, Pedius ait; et ideo officio iudicis portiones aestimandae erunt.

17. *Ulpianus libro LVII. ad Edictum.*—Sed si unus permissu id fecero, si quidem solius eius esse putavi, nulli competit iniuriarum actio; plane si scivi plurimum, ei quidem, qui permisit, non competit iniuriarum actio, ceteris competit.

§. 1. Si iussu tutoris aut procuratoris vel curatoris quaestio habita sit, consequens erit dicere, cessare iniuriarum actionem.

§. 2. Servus meus opera vel querela tua flagellis caesus est a magistratu nostro; Mela putat, dandam mihi iniuriarum adversus te, in quantum ob eam rem aequum iudici videbitur; et si servus decesserit, dominum eius agere posse, Labeo ait, quia de damno, quod per iniuriam factum est, agatur; et ita Trebatio placuit.

§. 3. Quaedam iniuriae a liberis hominibus factae leves et nullius momenti videntur; enimvero a servis graves sunt, crescit enim contumelia ex persona eius, qui contumeliam fecit.

§. 4. Quum servus iniuriam facit, maleficium eum admittere palam est. Merito igitur, sicuti ex ceteris delictis, ita et ex hoc iniuriarum noxalis actio datur. Sed in

qualidad del siervo; porque hay mucha diferencia, de que el siervo sea de buenas costumbres, ordinario, mayordomo, vulgar, de mediana calidad ó comun. ¿Qué diríamos si estaba preso conocido por malo, y de mala fama? Esto supuesto se dice que el Pretor tomará conocimiento tanto de la injuria cometida, como de la persona contra quien se dice que se cometió; y de este modo ó permitirá ó denegará la acción.

§. 45. Algunas veces la injuria que se hizo al siervo trasciende al señor, y otras no; porque si se injurió al que se trataba como libre, ó al que se creía que era de otro, y no se injuriaría si se creyera que era mio, escribe Mela, que no puede pedir como si se me hubiera injuriado.

§. 46. Si alguno pidiese por la acción de injuria por haberse azotado á un siervo, y despues por la de injuria causada con daño, escribe Labeon, que no es una misma acción; porque la una pertenece al daño causado con culpa, y la otra á la injuria.

§. 47. Si me corresponde á mí el usufruto del siervo, y á tí la propiedad, y este fuese azotado, ó se le diese tormento, la acción de injuria mas bien corresponde al señor de la propiedad que á mí. Tambien se dice que si hirieses al siervo que yo poseia con buena fe, mas bien compete la acción de injuria al señor.

§. 48. Si alguno hiriese al hombre libre que me servia con buena fe, se ha de distinguir; pues si le hirió por causa de injuria, me competirá esta acción. Lo mismo se dirá respecto del siervo ageno que me sirve con buena fé, para que concedamos la acción de injuria siempre que la injuria fuese contra mí; porque esta acción la daremos tambien al señor en nombre del siervo. Pero si la injuria se dirigiese á mí, tambien me corresponde la acción de injuria: luego tambien se puede distinguir en la misma forma en quanto al usufruario.

§. 49. Si hiriese al siervo que era de muchos, es muy claro que compete á todos la acción de injuria contra el que lo hirió.

16. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro XLV.*—Pero dice Pedio, que no es justo que sea condenado en mas de la parte de dominio que le corresponde; por lo qual el Juez ha de estimar la parte de dominio que corresponde á cada uno.

17. *Ulpiano; Comentarios al Edicto, libro LVII.*—Mas si esto se hiciese con el permiso del uno, si juzgué que solo era de él, á ninguno compete la acción de injuria. Pero si juzgué que era de muchos, al que lo permitió no le compete la acción de injuria, sino á los demás.

§. 1. Si por mandato del tutor ó del curador se le dió tormento, es consiguiente que se diga que cesa la acción de injuria.

§. 2. Si á mí siervo lo mandó azotar nuestro magistrado por querrela ó mandato tuyo, Mela juzga, que se ha de dar la acción de injuria contra tí en lo que al Juez le pareciese que es justo por esta causa. Y si muriese el siervo, dice Labeon, que puede pedir su señor; porque se trata del daño que se causó por injuria: de la misma opinion fué Trebacio.

§. 3. Algunas injurias que hacen los hombres libres, si son leves, parece que son de ninguna entidad; y si las hacen los siervos, son graves porque es mayor la injuria, segun la persona que la hace.

§. 4. Quando el siervo causa injuria, es cierto que cometió delito; y con razon tiene lugar la acción noxal de injuria, así como por los demás delitos. Pero pende

arbitrio domini est, an velit eum verberandum exhibere, ut ita satisfiat ei, qui iniuriam passus est; neque erit necesse domino ulique eum verberandum praestare, sed dabitur ei facultas praestare ei servum verberandum, aut si de eo verberibus satis non fiat, noxae dedendum, vel litis aestimationem sufferendam.

§. 5. Ait Praetor: arbitrato iudicis, utique quasi viri boni, ut ille modum verberum imponat.

§. 6. Si ante iudicem dominus verberandum servum exhibuerit, ut satis verberibus ei fieret, et erit factum arbitrato alicuius, postea actor agere iniuriarum perseverat, non est audiendus, qui enim accepit satisfactionem, iniuriam suam remisit; nam et si nuda voluntate iniuriam remisit, indubitate dicendum est, extingui iniuriarum actionem non minus, quam si tempore abolita fuerit iniuria.

§. 7. Si iussu domini servus iniuriam fecerit, utique dominus conveniri poterit etiam suo nomine. Sed si proponatur servus manumissus, placet Labeoni dandam in eum actionem, quia et noxa caput sequitur, nec in omnia servus domino parere debet; ceterum et si occiderit iussu domini, Cornelia eum eximemus.

§. 8. Plane si defendendi domini gratia aliquid fecerit, rationem ei constare apparet; inque eam rem adversus agentem exceptio obicienda erit.

§. 9. Si servus, in quo ususfructus meus est, iniuriam mihi fecerit, adversus dominum noxali iudicio experiri potero; neque debeo deterioris conditionis ob hoc esse, quod ususfructum in eo habeo, quam si non haberem; aliter atque si servus communis esset; tunc enim non daremus socio actionem ea propter, quia et ipse iniuriarum actione tenetur.

§. 10. Ait Praetor: SI EI, QUI IN ALTERIUS POTESTATE ERIT, INIURIA FACTA ESSE DICETUR, ET NEQUE IS, CUIUS IN POTESTATE EST, PRAESENS ERIT, NEQUE PROCURATOR QUISQUAM EXISTAT, QUI EO NOMINE AGAT, CAUSA COGNITA IPSI, QUI INIURIAM ACCEPISSE DICETUR, IUDICIUM DABO.

§. 11. Filiofamilias iniuriam passo, si praesens sit pater, agere tamen non possit propter furorem, vel quem alium casum dementiae, puto competere iniuriarum actionem; nam et hic pater eius absentis loco est.

§. 12. Plane si praesens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque donat iniuriam, magis est, ut filio actio non detur; nam et quum abest, idcirco datur filio actio, quia verisimile est, patrem, si praesens fuisset, acturum fuisse.

§. 13. Interdum tamen putamus, etsi pater remittat, iniuriarum actionem filio dandam, utputa si patris persona vilis abiectaque sit, filii honesta; neque enim debet pater vilissimus filii sui contumeliam ad suam vilitatem metiri, ponamus esse eum patrem, cui iure meritoque curator a Praetore constitueretur.

§. 14. Sed si pater lite contestata coeperit abesse, vel etiam negligere executionem pater vilis, dicendum est, causa cognita translationem filio competere. Idem et si emancipatus filius esse proponatur.

§. 15. Procuratorem patris praetulit Praetor ipsis personis, quae iniuriam passae sunt. Si tamen procurator aut negligat, aut colludat, aut non sufficiat adversus personas, quae iniuriam fecerunt, ipsi potius, qui passus est iniuriam, actio iniuriarum competit.

del arbitrio del señor exhibirlo para que le azoten, y de este modo satisfaga al que injurió. Y no es necesario que el señor lo entregue á aquel á quien injurió, para que le azote, pues se le permite que lo entregue para este fin; ó si no quiere darlo para que le azoten, lo puede entregar en satisfaccion del daño, ó pagar el importe del daño que causó.

§. 5. Dice el Pretor: al Arbitrio del Juez, como al de buen varon; para que determine sobre el modo como ha de ser azotado.

§. 6. Si el señor del siervo lo presentase al Juez para que mande azotarlo segun le parezca, y fuese azotado al arbitrio de alguno, y despues el actor continuase pidiendo por la accion de injuria, no ha de ser oido; porque el que recibió satisfaccion de la injuria, la perdonó. Pero si la perdonó solo por su voluntad, se ha de decir que sin duda se extingue la accion de injuria, del mismo modo que si se extinguiere por el transcurso del tiempo.

§. 7. Si el siervo injuriase á otro por mandato de su señor, ciertamente puede ser reconvenido en su propio nombre. Pero si se propone que al siervo se le dió la libertad, dice Labeon, que se ha de dar accion contra él; porque el daño sigue á su autor, y el siervo no debe obedecer á su señor en todas las cosas. Pero si matase á otro por mandado del señor, no tendrá lugar la ley Cornelia.

§. 8. Pero si hiciese alguna cosa por causa de defender á su señor, parece que tuvo razon, y que le ha de competir esta excepcion contra el que pide.

§. 9. Si me injuriase el siervo en que tengo el usufruto, puedo pedir contra el señor por la accion noxal; porque no debo ser de peor condicion por tener el usufruto de él, que si no lo tuviese: lo contrario se dirá si el siervo fuese comun; porque en este caso no daremos accion contra el siervo, porque él tambien se obliga por la accion de injuria.

§. 10. Dice el Pretor: Si se dixese que al que estaba en la potestad de otro se le causó injuria; y aquel en cuya potestad estaba no estuviese presente, ni hay procurador que pida en su nombre, con conocimiento de causa daré accion al que dixese que fué injuriado.

§. 11. Si el hijo de familias padeció injuria estando el padre ausente, y este no pudiese pedir porque estaba furioso ó demente, juzgo que le compete la accion de injuria; porque en este caso el padre se tiene por ausente.

§. 12. Pero si estando presente no quisiese pedir, ó por morosidad, ó porque perdona la injuria, es mas cierto que no compete accion al hijo; pues quando está ausente el padre, se da accion al hijo; porque es verosimil que el padre usaria de esta accion si estuviese presente.

§. 13. Tal vez juzgamos tambien que si el padre perdona la accion de injuria, compete al hijo: v. g. si el padre es persona vil, y el hijo es honrado; porque el padre vil no debe estimar la injuria de su hijo por la suya propia: supongamos que el padre es persona á quien el Pretor conforme á derecho con razon le nombró curador.

§. 14. Mas si el padre se ausentase despues de la contestacion del pleyto, ó por ser persona vil no quisiese continuarlo, se ha de decir, que con conocimiento de causa se transfiera al hijo la continuacion de la instancia. Lo mismo se dirá si se propusiese que el hijo está emancipado.

§. 15. El Pretor prefirió al procurador del padre, á las mismas personas que padecieron la injuria. Pero si el procurador fuese negligente, ó respecto de él se verificase colusion, ó no pudiese pedir contra las personas que injuriaron, la accion de injuria compete al que fué injuriado.

§. 16. Procuratorem autem accipere debemus non ulique eum, cui specialiter mandata est procuratio actionis iniuriarum, verum sufficit eum esse, cui omnium rerum administratio mandata est.

§. 17. Quod autem ait Praetor: causa cognita ipsi, qui iniuriam accepisse dicetur, iudicium permitti, ita accipiendum est, ut in cognitione causae hoc versetur, quam longe pater absit, et quando superventurus, et numquid is, qui iniuriarum vult actionem movere, segnitior, vel inutilis admodum; qui non sufficiat ad rei cuius administrationem, ac per hoc nec ad actionem.

§. 18. Quod deinde ait: qui iniuriam accepit, interdum ita accipiendum est, ut patri eius competat actio; ut puta nepoti facta iniuria est, pater praesens est, avus abest; scribit Iulianus, patri potius dandam iniuriarum actionem, quam ipsi nepoti; ad cuius, inquit, officium pertinet, etiam vivente avo filium suum in omnibus tueri.

§. 19. Idem Iulianus scribit, filium non tantum ipsum agere debere, verum procuratorem dare posse; alioquin, inquit, nisi ei permiserimus procuratorem dare, futurum est, ut, si valetudine impediatur, neque sit, qui iniuriarum actionem exsequatur, impediatur actio.

§. 20. Idem ait, et si nepoti facta sit iniuria, et nemo sit, qui avi nomine agat, permittendum esse patri experiri, et is procuratorem dabit; omnibus enim, qui suo nomine actionem habent, procuratoris dandi esse potestatem; intelligi autem filium, inquit, familias suo nomine agere, quum patre cessante Praetor ei agere permittat.

§. 21. Si filiusfamilias iniuriarum egerit, patri actio non competit.

§. 22. Idem ait, filiofamilias iniuriarum nomine actionem dari, quoties nemo est, qui patris nomine experiat, et hoc casu quasi patremfamiliae constitui; quare sive emancipatus sit, sive ex parte heres scriptus fuerit, vel etiam exheredatus, sive paterna hereditate abstinuerit, executionem litis ei dandam; esse enim per absurdum, quem Praetor manente patria potestate ad actionem admittendum probaverit, ei patrifamilias ullionem iniuriarum suarum eripi, et transferri ad patrem, qui eum, quantum in ipso est, omiserit, aut quod est indignius, ad heredes patris, ad quos non pertinere iniuriam filiofamilias factam procul dubio est.

18. *Paulus libro LV. ad Edictum.*—Eum, qui nocentem infamavit, non esse bonum aequum, ob eam rem condemnari; peccata enim nocentium nota esse, et oportere et expedire.

§. 1. Si servus servo fecerit iniuriam, perinde agendum, quasi si domino fecisset.

§. 2. Si nupta filiafamiliae iniuriam acceperit, et vir et pater iniuriarum agant, Pomponius recte putat, tanti patri condemnandum esse reum, quanti condemnetur, si ea viuda esset, viro tanti, quanti condemnaretur, si ea in nullius potestate esset, quod sua cuiusque iniuria propriam aestimationem haberet; et ideo si nupta in nullius potestate sit, non ideo minus eam iniuriarum agere posse, quod et vir in suo nomine agat.

§. 3. Si iniuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, aut

§. 16. Debemos entender por procurador no solo á aquel á quien especialmente se le mandó pedir por la acción de injuria, sino tambien al que tenga poder para la administracion general de todas las cosas.

§. 17. Lo que dice el Pretor que con conocimiento de causa dará acción al que dixese que padeció injuria, se ha de entender que en el conocimiento de la causa se ha de justificar la larga ausencia del padre, y quando vendrá, y si el que quiere pedir por la acción de injuria es muy anciano ó inutil, de modo que lo sea para toda administracion, y por consiguiente para pedir por esta acción.

§. 18. Lo que tambien dice: A aquel á quien se injurió; tal vez se ha de entender en esta forma: Que compete acción á su padre; v. g. si se injurió al nieto estando el padre presente, y el abuelo ausente, escribe Juliano, que mas bien se ha de dar la acción de injuria al padre, que al nieto; al qual dice que importa defender en todo á su hijo, aun viviendo el abuelo.

§. 19. Tambien escribe Juliano, que el hijo no solo debe pedir él mismo, sino que tambien puede nombrar procurador; pues si no se lo permitiésemos, sucederia que si fuese impedido por enfermedad, y no hubiese quien pidiese por la injuria, se impediria esta acción.

§. 20. Dice tambien, que si se causó injuria al nieto, y no hubiese quien pidiese en nombre del abuelo, se ha de permitir al padre que pida, y este nombrará procurador; porque todos á quienes compete acción en su nombre, pueden nombrar procurador. Dice que se ha de entender que el hijo de familias pide en su nombre, quando no haciéndolo el padre, el Pretor le permite que pida.

§. 21. Si el hijo de familias pidiese por la acción de injuria, no compete acción al padre.

§. 22. Tambien dice, que al hijo de familias compete acción por la injuria, siempre que no haya quien pida en nombre del padre; y en este caso se tiene por padre de familias. Por lo qual ya sea que haya sido emancipado, ó nombrado heredero en parte, ó desheredado, ó que se abstenga de la herencia del padre, se le ha de permitir que litigue; porque es absurdo que á aquel á quien el Pretor le concedió acción estando en la patria potestad, le impida siendo padre de familias pedir la satisfaccion de su injuria, y que se transfiera al padre, el qual en quanto estuvo de su parte dexó de pedir, y lo que es mas, contra derecho á los herederos del padre, á los quales no se duda que no pertenece la injuria que se hizo al hijo de familias.

18. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro LV.*—Al que infamó al que estaba culpado, no es justo ni equitativo que se le condene por esta causa; porque los pecados de los malhechores conviene que se publiquen.

§. 1. Si un siervo causase injuria á otro, se ha de pedir del mismo modo que si se injuriase á su señor.

§. 2. Si se injuriase á la hija de familias que estaba casada, y pidiesen por la acción de injuria el marido y el padre, con razon juzga Pomponio, que el reo ha de ser condenado á que pague al padre la cantidad en que se le condenaria si fuese viuda, y al marido le ha de pagar quanto se le condenaria á que le pagase si no estuviera en la patria potestad; porque la injuria perteneciente á cada uno, tiene su estimacion particular; por lo qual si la casada no estuviese en la potestad agena, no por esto dexaria el marido de poder pedir en su nombre por la injuria que se le hizo.

§. 3. Si me injuriase el que no me conocia, ó si al-

si quis putet, me Lucium Titium esse, quum sim Caius Seius, praevallet quod principale est, iniuriam eum mihi facere velle; nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum, et ideo iniuriarum habeo.

§. 4. At quum aliquis filiumfamilias patremfamilias putat, non potest videri iniuriam patri facere, non magis quam viro, si mulierem viduam esse credat, quia neque in personam eorum confertur iniuria, nec transferri per personae putationem ex persona filiorum ad eos potest, quum affectus iniuriam facientis in hunc, tanquam in patremfamilias, consistat.

§. 5. Quodsi scisset filiumfamilias esse, tamen si nescisset, cuius filius esset, dicerem, inquit, patrem suo nomine iniuriarum agere posse, nec minus virum, si ille nuptiam esse sciret; nam qui haec non ignorat, cuicumque patri, cuicumque marito per filium, per uxorem vult facere iniuriam.

19. *Gaius libro XXII. ad Edictum provinciale.*—Si creditor meus, cui paratus sum solvere, in iniuriam meam fideiussores meos interpellaverit, iniuriarum tenetur.

20. *Modestinus libro XII. Responsorum.*—Si iniuriae faciendae gratia Seia domum absentis debitoris signasset sine auctoritate eius, qui concedendi ius potestatemve habuit, iniuriarum actionem intendi posse respondit.

21. *Javolenus libro IX. Epistolarum.*—Iniuriarum aestimatio non ad id tempus, quo iudicatur, sed ad id, quo facta est, referri debet.

22. *Ulpianus libro I. ad Edictum Praetoris.*—Si liber pro fugitivo apprehensus erit, iniuriarum cum eo agit.

23. *Paulus libro IV. ad Edictum.*—Qui in domum alienam invito domino introiret, quamvis in ius vocati, actionem iniuriarum in eum competere Ofilius ait.

24. *Ulpianus libro XV. ad Edictum Praetoris.*—Si quis proprium servum distrahere prohibetur a quolibet, iniuriarum experiri potest.

25. *Idem libro XVIII. ad Edictum.*—Si stuprum serva passa sit, iniuriarum actio dabitur; aut si celavit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecit, etiam furti; vel si virginem immaturam stupraverit, etiam legis Aquiliae actionem competere quidam putant.

26. *Paulus libro XIX. ad Edictum.*—Si quis servum meum vel filium ludibrio habeat, licet consentientem, tamen ego iniuriam videor accipere, veluti si in peccinam duxerit illum, si aleam luserit. Sed hoc utcumque tunc locum habere potest, quoties ille, qui suadet, animum iniuriae faciendae habet. Atquin potest malum consilium dare, et qui dominum ignoret; et ideo incipit servi corrupti actio necessaria esse.

27. *Idem libro XXVII. ad Edictum.*—Si statua patris tui in monumento posita saxis caesa est, sepulcri

alguno juzgase que yo era Lucio Ticio, siendo Gayo Seyo, prevalece lo que es principal, porque me quiso injuriar; pues yo soy el mismo que soy, aunque él piense que soy otro; y por esto me compete la accion de injuria.

§. 4. Quando alguno juzga que es hijo de familias el que es padre de familias, no puede parecer que injuria al que es padre: así como no injuria al marido el que cree que es viuda la muger; porque la injuria no se hace á ellos, ni por la equivocacion de las personas se puede transferir á ellos; porque el afecto del que injuria se refiere á este como padre de familias.

§. 5. Pero si supiese que era hijo de familias, y no supiese de quien era hijo, diria que no se puede decir que el padre puede pedir en su propio nombre por la accion de injuria; y tambien el marido, si supiese que estaba casada; porque qualquiera que no ignora estas cosas, quiere injuriar á qualquiera que sea el padre ó el marido por medio del hijo ó la muger.

19. *Gayo; Comentarios al Edicto provincial, libro XXII.*—Si mi acreedor, á quien estoy pronto á pagar, pidiese á mis fiadores por causa de injuriarme, me compete contra él la accion de injuria.

20. *Modestino; Respuestas, libro XII.*—Si Seya por causa de injuria señalase la casa de su deudor que estaba ausente, sin la autoridad del que tuvo facultad ó potestad para concederlo, se responde que se puede pedir por la accion de injuria.

21. *Javoleno; Epistolas, libro IX.*—La estimacion de la injuria se refiere no al tiempo de la sentencia, sino al tiempo que se causó.

22. *Ulpiano; Comentarios al Edicto del Pretor, libro I.*—Si se aprehendiese el hombre libre como si fuera siervo fugitivo, tiene lugar la accion de injuria contra el que le aprehendió.

23. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro IV.*—El que entrase en la casa ajena contra la voluntad de su señor, aunque fuese para citarlo, segun Ofilio compete contra él la accion de injuria.

24. *Ulpiano; Comentarios al Edicto del Pretor, libro XV.*—Si uno prohíbe á otro que enagene su propio siervo, compete contra él la accion de injuria.

25. *El mismo; Comentarios al Edicto, libro XVIII.*—Si la sierva fué estuprada, competará al señor la accion de injuria: ó si ocultó el siervo, ó hizo alguna otra cosa con intencion de hurtar, competará tambien la accion de hurto: ó si estupro la doncella que aún no habia llegado á la pubertad, juzgan algunos que compete tambien la accion de la ley Aquilia.

26. *Paulo; Comentarios al Edicto, libro XIX.*—Si alguno menospreciase á mi hijo ó á mi siervo, aunque lo consienta él, con todo parece que se me hace injuria: v. g. si lo pusiese en la casa de trato, ó en la de juego. Pero esto tiene lugar quando el que lo hace tiene ánimo de injuriar. Tambien puede darle mal consejo ignorándolo su señor; y en este caso es necesario que tenga lugar la accion de siervo corrupto.

27. *El mismo; Comentarios al Edicto, libro XXVII.*—Si á la estatua de mi padre que estaba puesta en el

violati agi non posse, iniuriarum posse, Labeo scribit.

28. *Ulpianus libro XXXIV. ad Sabinum.*—Iniuriarum actio in bonis nostris non computatur, antequam litem contestemur.

29. *Paulus libro X. ad Sabinum.*—Si servum, cuius nomine iniuriarum actio tibi competit, manumiseris, aut alienaveris, superest tibi iniuriarum actio.

30. *Ulpianus libro XLII. ad Sabinum.*—Servo autem manumisso non competere actionem ob iniuriam, quam in servitute passus est, quis dubitet?

§. 1. Si filio iniuria facta sit, quum utriusque, tam filio, quam patri, acquisita actio sit, non eadem utique facienda aestimatio est,

31. *Paulus libro X. ad Sabinum.*—quum possit propter filii dignitatem maior ipsi, quam patri iniuria facta esse.

32. *Ulpianus libro XLII. ad Sabinum.*—Nec magistratibus licet aliquid iniuriose facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit magistratus, vel quasi privatus, vel fiducia magistratus, iniuriarum potest conveniri; sed utrum posito magistratu, an vero et quamdiu est in magistratu? Sed verius est, si is magistratus est, qui sine fraude in ius vocari non potest, expectandum esse, quoad magistratu abeat; quod si ex minoribus magistratibus erit, id est qui sine imperio aut potestate sunt magistratus, et in ipso magistratu posse eos conveniri.

33. *Paulus libro X. ad Sabinum.*—Quod reipublicae venerandae causa secundum bonos mores fit, etiam si ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magistratus facit, ut iniuriam faciat, sed ad vindictam maiestatis publice respiciat, actione iniuriarum non tenetur.

34. *Gaius libro XIII. ad Edictum provinciale.*—Si plures servi simul aliquem caeciderint, aut convicium alicui fecerint, singulorum proprium est maleficium, et tanto maior iniuria, quanto a pluribus admissa est; imo etiam tot iniuriae sunt, quot et personae iniuriam faciunt.

